non ecōtra. ℭ Tertia est. Omne inferius est extra
rōnem p se sui supioris pꝫ q꞉ nullū inferius est de
diffinitione sui supioris ex pª regula nec includiṙ
diffinitione eius q̄dditatiua igiṙ est extra rōnē sui
superioris. ℭ Quarta est. omne inferius est ac/
cidens sui superioris: ꝛ sic homo est accidens ani
malis: sed ne hoc absurdum videaṙ. Est sciēduꝫ q̄
accidēs sumiṙ dupl'r. ℭ Uno mō prope aliqua en
titate ↄtingēter inherēte alicui ꝛ perficiente illud
post eē suū cōpletū ꝛ illo mō sumēdo accidēs facit
vnū p̄dicabile distinctū ↄtra alia quatuor p̄dica/
bilia. ℭ Alio mō sumitur p aliquo extraneo q̄d
est extra rōnem alicuius alterius ꝛ sic nō facit q̄ntū
p̄dicabile. Et sumiṙ illo mō in proposito nr̄o. Naꝫ
inferius illo mō est accidēs supioris q꞉ est extra ra
tionē eius quidditatiuaꝫ non autem est accidens

pmo modo. Ex illis sequitur manifeste q̄ superiꝰ
ꝛ inferius nō solum distinguanṙ ex natura rei sed
etiā formaliter. ℭ Sequuntur alique regule cōtra
hoc q̄ ille formalizantes dicunt diffinitionē ꝛ diffi
nitū solū distingui ex natura rei ꝛ nō formalr solū.
Et sequiṙ vna regula que est in ordine q̄nta. Nulla
diffinitio includit suū diffinitū in pºº dōi per se. p/
batio regule q꞉ quodlibet diffinitum includit suaꝫ
diffōnem in pºº dicēdi per se igiṙ eꝫ diffō nō inclu
dit diffinitū i pºº dicendi per se. Añs est manifestū
ēt apud aduersarios. Nā ipsi hoc ↄcedūt q꞉ pmus
modus dicendi per se est qn̄ diffō vel pars diffini/
tionis ꝛc̄. Et pro maiori declaratione sequiṙ sexta
regula que est cōfirmatiua ↄñā imediate preceden
ti ꝛ est talis. ℭ Inclusio essentialis siue primi mo
di dicendi per se nunq̄ꝫ est mutua. nā licet hō inclu/
dat aīal rōnale essentialr siue in primo modo nō ta
men econuerso. Illa enim non est formalis siue in
primo modo dicendi per se animal rōale est hō cū
animal rationale possit perfecte intelligi absq̄ꝫ ho/
mine non autem econtra immo implicat contradi
ctionem idem omnibus idem respectu eiusdē esse
includens ꝛ inclusum ideo si animal rationale eēn
tialiter in primo modo dicēdi per se in homine se/
quereṙ q̄ homo non includatur econuerso in pmo
modo dicendi per se quod tamen fieret si esset mu/
tua inclusio. Item in predicationibus essentialibꝰ
non est circulus per philosophum primo posterio
rum. Sed si diffinitio includeret diffinitum in pri
mo modo dicendi per se ꝛ econuerso esset circulus
in predicationibus essentialibus. ℭ Sequitur se/
prima regula ꝛ est probatiua regule precedētis ꝛ ē
talis. Predicationes per se nō ↄuertunṙ per philo/
sophum primo posteriorum. ℭ Pro declaratione
illius regule est sciendum q̄ est differentia inter cō
uersionē: cōuertibilitatē ꝛ cōuertentiam. Naꝫ con
uersio est propria passio propositionū cathegorica
rū ꝛ cōuenit solis propositionibus ꝛ non terminis
neq̄ꝫ rebus neq̄ꝫ propositionibus hypotheticis q꞉
ille propositiones nō cōuertunṙ. Et licet vna res cō
uertatur in aliam sicut in consecratione hostie hoc
tamen non est proprie. ℭ Conuertibilitas est pro/
pria passio terminorum verificabilium de se inuiceꝫ
vniuersaliter affirmatiue conuertibiliter vt risibile
est homo: vnde illi duo termini verificantur de se
inuicem vt dicendo omnis homo est risibilis ꝛ ecō
tra omne risibile est homo. ℭ Conuertentia autem
est propria passio terminorum relatiuorum q꞉ hu/
iusmodi dicuntur ad conuertentiam. Nam posito
vno ponitur ꝛ reliquum ꝛ econuerso. Non tn̄ sunt
conuertibilia. i. vniuersaliter ꝛ affirmatiue ꝛ cōuer
tibiliter de se inuicem verificabilia. nam pater i di
uinis non est filius: neq̄ꝫ filius est pater sic ꝛ adam
fuit pater non tamen filius. ℭ Contra istam regu/
lam sic arguitur. Quelibet propositio cathegorica
potest conuerti in vnam aliam de terminis trāspo/
sitis sed propositiones per se sunt vere propositio/

nes. igitur possunt conuerti ⁊ per ꝯñs regula falsa. minor est manifesta: maior patet ex iam dictis quia conuersio est propria passio propositionū cathegoricarū. ¶ Respōdeo propositio cathegorica est cōuertibilis in aliā de terminis transpositis ⁊ per cōsequēs etiā propositiones per se sed propositiones per se nō sunt conuertibiles sic scilicet ꝙ si in conuersa est predicatio per se ꝙ etiam in conuertente sit predicatio per se. Nam ista homo est animal rationale est per se in primo modo: non autem ista animal rationale est homo quia alias esset circulus in predicationibus essentialibus. Ex illis regulis sequitur manifeste ꝙ diffinitio nō includit diffinitum in primo modo dicendi per se. ¶ Octaua est. Nulla propositio in qua idem omnibus modis idem predicatur de seipso in primo modo dicendi per se. Hec propositio est contra franciscum maronis ⁊ contra plures alios dicentes illam propositionem vbi idē predicatur de seipso esse in primo modo dicēdi per se in primo gradu. ¶ Probatio regule quia p̄dicatio per se non conuertitur per septimam regulam propositiones autem in quibus idem predicatur de seipso conuertuntur: vt dicēdo homo est homo sic conuertitur homo est homo. Eadem ergo ratio q̄ in prima propositione est per se ⁊ in secunda ⁊ sic esset circulus in predicationibus essentialibus. Itē primus modus dicendi per se s̄m linconiensem super primo posteriorum est qñ quidditas subiecti egreditur de quidditate predicati. Sed secundus modus est econtra quando scilicet quidditas predicati egreditur de quidditate subiecti. Exemplum primi homo est animal rationale: homo enim essentialiter constituitur in esse quidditatiuo per genus ⁊ differentiam. Exemplum secundi homo est risibilis propria passio enim habet suam quidditatem ab illo a quo egreditur sed egreditur a subiecto. igitur ⁊c̄. ¶ Ex his arguitur contra Franciscum maronis per dictum linconiēsem qui egregie cōmentatus est libros posteriorum ⁊ formatur ratio sic. Impossibile est idem omnibus modis idem egredi a seipso sed in primo modo dicendi per se subiectum egreditur a seipso predicato igitur idem non potest p̄dicari de seipso in primo modo dicendi per se cum idem non egrediatur a seipso. igitur opinio illorū est falsa. ¶ Contra nō est verior predicatio q̄ quādo idem predicatur de seipso. sed quanto predicatio est verior tanto est essentialior q̄ predicatio primi modi dicendi per se. Respondeo negando illam quāto ꝓpositio est verior tanto est essentialior. Nā s̄m doc. sub. in. iij. sni. hec propositio deus est sapiēs verior ē q̄ illa hō est aīal ⁊ tamen secunda est in primo modo dicendi per se non autem prima. Ratio huius est quia inter essentiam diuinam ⁊ suam sapientiam est identitas perfectissima sine compositione. sed homo ⁊ animal non sunt idem ita perfecte quia ibi est compositio realitatis ⁊ realitatis. Et ideo licet ambe iste propositiones sint vere vna tamen est verior alia propter perfectiorem identitatem. Tertia pars minoris patet ꝙ inter partes ⁊ totum non solum sit distinctio ex natura rei sed etiam formalis sufficienter probatur in littera tamen: vt melius intelligatur continentur regule. Unde nona in ordine regula tamen prima pro tertia pte minoris ad illa. ¶ Nulle partes essentiales includūt suum totum essentiale in primo modo dicendi per se licet bene econtra. Exemplum. Corpus ⁊ anima nō includunt totum hominem in primo modo dicendi per se: sed bene totum essentiale puta homo includit sic animam ⁊ corpus. probatur. Illud non includit alterum in primo modo dicēdi per se sine quo potest manere ⁊ existere natura rerum sed partes possunt remanere sine toto: sicut manifestum est in morte hominis vbi manet anima ⁊ corpus non autem homo igitur partes non includunt totum. ¶ Decima est. Nulle partes integrales includunt suum totum integrale in primo modo dicendi per se licet bene econtra nam partes integrales possūt manere sine toto. ¶ Undecima est. Omne inferius includit suum superius in primo modo dicendi per se: patet quia omne inferius diffinitur per suum superius si habeat diffinitionem. ¶ Duodecima est. Omne diffinitum includit suam diffinitionē quidditatiuam in primo modo dicendi per se. ¶ Tredecima est. Omne totum essentiale includit suas partes essentiales in primo modo dicendi per se sicut post melius videbitur. Sequuntur nunc alie regule negatiue. ¶ Decimaquarta est. Nullum superius includit suum inferius in primo modo dicendi per se quia alias esset circulus in predicationib⁹ essentialibus. ¶ Decimaquinta est. Nulla diffinitio includit suum diffinitum in primo modo dicendi per se. ¶ Decimasexta est. Nulle partes includunt suum totum in primo modo dicendi per se. ¶ Decimaseptima est. Omne inferius est idem formaliter suo superiori licet non econtra prima pars probatur quia illud est idem alteri formaliter quod includit illud in primo modo dicendi per se. ¶ Unde s̄m doctorem subtilem in primo. Identitas formalis est vbi illud quod dicitur sic idem includit illud cui est sic idem in primo modo dicendi per se. Sed omne inferius includit suum superius in primo modo dicendi per se igitur ⁊c̄. ¶ Decimaoctaua est. Nullum superius est idem formaliter suo inferiori probatur: quia tota ratio quare aliquid ē idem alicui formaliter est quia illud quod sic est idem alteri includit illud in primo modo dicendi per se. Sed nullum superius includit suum inferius in primo modo dicendi per se igitur ⁊c̄. ¶ Decimanona est. Omne diffinitum est idem formaliter sue diffinitioni quia includit illud in primo modo dicendi per se sed non econtra. ¶ Uigesima est. Omne totum est idem suis partibus sed non econtra probatur. quia tales predicationes non sunt mutue. Et confirmatur quia in causis precisis si affirmatio est causa affir

mationis ⁊ negatio est causa negationis: sed inclu dere aliud in primo modo dicendi per se est eē idē formaliter sunt due affirmationes quarum prima scilicet includere aliud in primo modo dicēdi per se est causa affirmationis secunde scilicet esse idem formaliter. Unde si quero quare homo est idez for maliter animali respondetur quia includit illud in primo modo dicendi per se: patet hoc ex descriptio ne identitatis formalis. Sequitur ergo q negatio erit causa negationis ⁊ per consequens non inclu dere aliud in primo modo dicēdi per se est vna ne gatio ⁊ erit causa negationis illius. s. non esse idez formaliter sicut inclusio in primo modo dicēdi per se ⁊ causa affirmationis. s. identitatis formalis sic non inclusio in primo modo dicendi per se. est cau sa negationis. s. non identitatis formalis. ¶ No tandum tamen q hec propositio. s. Si affirmatio ē causa affirmationis ⁊ negatio erit causa negatiōis habet exponi dupliciter. s. de rebus ⁊ de terminis. exponendo eam de rebus debet addi in causis pre cisis: si affirmatio ⁊c. q: in causis partialibus non tenet. Nom enim sequitur si domificator est ergo domus est: q: domificator non est precisa causa sed ad esse domus requiruntur etiam lapides ⁊ ligna In terminis autem non tenet vniuersaliter: sed ip sa debet intelligi de terminis conuertibilibus. vt si cut se homo habet ad risibile sic non homo ad non risibile sed homo est risibilis: ergo non homo non est risibilis. In causis autem subordinatis non te net: non enim tenet consequentia sic arguendo si cut se habet homo ad animal ita non homo ad nō aial: sed ois hō est aial ḡ ois nō hō ē nō aial. Nam asinus est non homo non tñ est non animal immo ip se vere est animal. sic etiam non sequitur. Sicut se habet existens ad possibile sic se habet non existēs ad non possibile: sed omne existens est possibile er go omne non existēs est non possibile: immo mul ta sunt non existentia ⁊ tamen sunt possibilia. Pro declaratione quinte rationis principalis qua im probatur modus probandi ponendi distinctionez se totis subiectiue ponuntur plura dicta pulcherri ma physicalia theologicalia ⁊ metaphysicalia quē admodum in precedenti lectione posita sunt pul cherrima dicta logicalia. Et quia illi formalizātes dicunt illa distingui se totis subiectiue quaruz rea litates sunt a se inuicem actualiter loco ⁊ situ sepa rata. Ideo est sciendūz q aliquid esse in loco potest intelligi quadrupliciter. primo aliquid est in loco circūscriptiue. secundo diffinitiue. tertio sacramen taliter. quarto immensiue. ¶ Notandum q idem est dicere aliquid esse in loco circūscriptiue occupa tiue dimensiue ⁊ repletiue. Ista enim quatuor sunt penitus idem. ¶ Esse in loco circūscriptiue siue di mensiue ⁊c. Est quando totum locatum correspon dent toti loco siue est in toto loco ⁊ pars locati corre spondet parte loci. Exemplum homo est in loco cir cumscriptiue totus homo correspondet toti loco ⁊ partes hominis partibus loci. Nam brachium de xtrum est in alia parte loci q̄ sinistrūz vel q̄ pedes vel caput. ergo illis partibus correspondet alia ⁊ alia pars loci. ¶ Pro maiori declaratiōe illius di cti ponende sunt alique propositiones per ordinez quarum est hec prima. ¶ Nullus punctus potest esse in loco circumscriptiue quia cum punctus sit i diuisibilis non habet partes illud autem quod sic est in loco debet habere partes quibus partib⁹ cor respondeant partes loci sicut patet ex predictis. ¶ Secunda est. Nullus angelus potest esse in lo co circumscriptiue quia nullus angelus habz par tes. Unde sequitur. Correlarium. Nullum indiui sibile potest esse in loco circumscriptiue propter eā dem rationem. ¶ Tertia est. Deus secundum na turam diuinam non potest esse in loco circumscri ptiue propter eandem rationem. ¶ Quarta ē. So lum corpus quantum est in loco circumscriptiue quia solum tale habet partes quibus correspondē ant partes loci. Et de illo quarto modo esse in loco intelligitur tertius. ⁊ sic videtur q anima ⁊ corpus nunquam etiam separata ab inuicem distinguun tur se totis subiectiue quod est simpliciter falsum ⁊ falsitas ptz quia anima ⁊ corpus habent diuersos actus existendi ⁊ essentias. Similiter ⁊ essentias di uersas igitur ⁊c. Quod autem nunquam sic distin guantur ponendo motiuum illorum formalizātiū patet quia nunquam differunt loco ⁊ situ cum ani ma ipsa non sit in loco circumscriptiue. Si aūt alio mō velint hoc intelligere tunc manifestū est q cor pus est in loco circūscriptiue ⁊ anima diffinitiue ḡ habet diuersos modos exn̄di: ⁊ per ɔ̄ns ēt vnita di stinguunt se totis subiectiue qḋ ipsi negāt. ¶ Ali qd esse in loco diffinitiue est illḋ qḋ est in loco per realē exñtiā ⁊ per realē p̄ntiam sic tñ q qñ est in illo loco nō pōt ex sua natura esse in alio loco. Et sic an geli sunt i loco. ⁊ dñr eē in loco diffinitiue. i. deter minate vel limitate. Pro cui⁹ declaratione ponende sunt aliq̄ ppōnes q̄rū prima est. ¶ Angelus nō pt eē in loco q̄ntūcūq magno. ¶ 2ª ē. Angelus nō pt in loco quātūcūq paruo loquēdo de loco cōtinuo Probatio harum regularum: quia si angelus pos set esse in loco quantūcunq magno ⁊ in loco quan tumcūq paruo sequeretur q posset esse in oibus locis in vniuerso ⁊ in loco attingēs vsq ad celum empyreum ⁊ posset esse vbiq quod est hereticum q: soli deo hoc cōuenit. ¶ Tertia est. Angel⁹ pōt esse in loco punctuali. si dicas est ꝫ secūdaz ppōnē. Angelus. n. non potest esse in loco quātūcūq par uo: locus aūt p̄ctualis est minimus locus. igitur ⁊c. Respondeo licet locus punctualis sit minimus locus non tamen est locus continuus cū non habe at partes de quo intelligitur secūda ppō. ¶ Quar ta est. Plures angeli possunt esse simul ⁊ semel i eo dem loco diffinitiue. patet in euangelio de demo niaco in quo erat legio demoniorꝫ. ¶ Quinta est. Anima non potest esse in loco circūscriptiue lz be

ne possit esse diffinitiue. ¶ Prima pars probat. qꝛ
nihil est in loco circumscriptiue nisi qḋ hꝫ partes
anima cū sit indiuisibilis nō hꝫ partes. igitur nō
pōt esse in loco circūscriptiue. Et per hoc etiam pro
baretur ꝙ nullum indiuisibile possit eē circumscri
ptiue. ¶ Secunda pars probat. quia anima est mi
hi presens per realem presentiam ⁊ existentiam sic
ꝙ non est presens alio loco. igitur ⁊c̄. Est etiam ea
dem ratio de anima sicut de angelo. ¶ Nota licet
angelus non possit esse in loco quātūcunqꝫ magno
non tamen nego quin possit eē in loco magno: vn
de ⁊ angeli custodientes ciuitates: videt ꝙ habeāt
quilibet eorum totam ciuitatem quaꝫ custodit pro
loco. sic ⁊ angelus ḋputatus pro regno videtur ha
bere totum regnum pro loco suo non tamē potest
habere locū quantūcunqꝫ magnum. Nam ⁊ ange
lus gabriel missus ad virgineꝫ gloriosam: tūc tem
poris non erat in celis sed in ciuitate galilee cui no
men nazareth. ¶ Aliquid esse in loco sacramenta
liter est illud quod est in loco per realem presentiaꝫ
⁊ per realem existentiam ⁊ cuꝫ hoc est ibi sub signo
sensibili: dicitur quod est ibi per realem presentiaꝫ
⁊ existentiam ponitur loco generis. secūdo dicitur
sub signo sensibili per hoc differt ab alijs que alio
modo sunt in loco ꝙ̄ sacramentaliter. Naꝫ verbis
prolatis a sacerdote credimus firmiter sub tali si
gno. s. speciebus panis ⁊ vini corpus christi conti
neri per realem presentiam ⁊ existentiaꝫ quod qui
dem corpus est ibi precise tanꝙ̄ sub signo sensibili
ita ꝙ vbicunqꝫ reponantur huiusmodi species ibi
erit corpus christi presens ꝙ̄diu species remane
rent etiam si in os fetidissimū ⁊ in stomachum im
mundissimum siue etiam in sterquilinium repone
rentur ⁊ ex hoc ex determinatione diuine volunta
tis. ¶ Pro maiori declaratione sequitur vna regu
la. Simul ⁊ semel vnuꝫ corpus est in diuersis locis
sacramentaliter. ¶ Aliquid est quarto in loco. Im
mensiue ⁊ est illud quod est ex sua natura ⁊ eēntia i
quolibet loco per realem presentiam ⁊ per realem
exstientiam vt deus. ¶ Pro maiori declaratione
illius dicti ponende sunt alique propositiones quo
rum prima est. ¶ Solus deus est in loco immensi
ue quia propter immensitatem suam necessario p̄
sens est vbiqꝫ ⁊ non potest non esse in quolibet lo
co alias non esset immensus. Ex illo sequitur ꝙ de
us s̄m suam essentiam ⁊ s̄m propriam naturā non
est verius in celo empyreo ꝙ̄ hic vel in inferno sicut
alique vetule imaginantur immo eque vere scd̄m
suam essentiam ⁊ presentiam est hic sicut in celis.
¶ Unde sciendum ꝙ deus est in loco immensiue
triplici modo. s. per realem presentiam potentiaꝫ ⁊
per essentiam. ¶ Primo deus est vbiqꝫ per realeꝫ
presentiam quia ei omnia clarent. vnde ad Hebre
os. iiij. omnia nuda ⁊ aperta sunt oculis eius. ergo
summopere quilibet debet cauere non solum in lo
co manifesto verumetiā in loco occulto: ne mortali
ter peccādo offendat oculos diuine maiestatis. Se
cundo est vbiqꝫ per potentiam. Naꝫ omnia manu
tenet: quia in manu eius sunt omnes fines terre.
vnde vidimus si nauta modicum deficiat naueꝫ re
gendo tota nauis cum omnibus perit si mare fue
rit turbidum: ita si deus gloriosus modicum suaꝫ
omnipotentiam subtraheret totus mūdus periret
¶ Tertio deus est vbiqꝫ per suam essentiam ⁊ per
suam propriam naturam. ¶ Contra hoc arguunt
quidam heretici sic. Si deus esset vbiqꝫ sequeretur
ꝙ macularet in locis immundis ⁊ in stercoribus.
¶ Respondeo non sequitur ꝙ macularetur nam
videmus ꝙ lux ista sensibilis ipsius solis: transiēs
super stercora ⁊ cadauera ⁊ tamen non maculatur
quantomagis lux ista insensibilis immensa ⁊ imu
tabilis non maculatur per huiusmodi loca.
¶ Secunda est. Anima rationalis est tota in toto
corpore ⁊ tota in qualibet parte s̄m phꝫ scd̄o ḋ aīa.
¶ Tertia est. Inter formas informantes materiaꝫ
nulla alia forma est tota in toto ⁊ in qualibet parte
tota: nisi sola anima intellectiua ⁊ hoc propter suaꝫ
perfectionem. probatur: quia si esset aliqua alia for
ma huiusmodi maxime esset forma sensitiua sꝫ hoc
non est quia talis forma extenditur ad extensioneꝫ
corporis sicut manifeste patet in animalibus annu
losis sicut sunt serpentes. Nam illis diuisis diuidi
tur anima sensitiua: qꝛ si partes pungerētur vtiqꝫ
stringerentur ꝙ non fieret nisi partes sentirent: er
go habet etiam animam sensitiuam sic diuisaꝫ s̄m
diuisionem corporis partium. Et li. et anima intel
lectiua sit in qualibet parte tota ⁊ tota in toto nō ta
men habet entitatem diuisam ⁊ partes loco ⁊ situ
separatas ⁊ hoc propter suam perfectionem. Alijs
autem formis hoc non conuenit ⁊ hoc propter im
perfectionem ipsoruꝫ. ¶ Quarta est. Anima intel
lectiua creatur ⁊ creando infunditur ⁊ infundēdo
creatur. Non est ergo imaginandum ꝙ ipsa creat
in corpore nondum perfecto: sed postꝙ̄ corpus est
perfectum ⁊ ad anime inductionem dispositū ani
ma in corpore creatur ⁊ creando infunditur ⁊ crea
tur. Ex quo corrigitur error platonis ⁊ quorundaꝫ
dicentiū animas omnes simul fuisse creatas ⁊ ma
xime error horum qui platoneꝫ volebant sequi: ve
nerunt ad talem fatuitatem ꝙ dicebant datoreꝫ for
marum siue creatorem animarum esse magnuꝫ vi
rum cuius caput pertingeret vsqꝫ ad celum ⁊ pe
dem vnum haberet super terram: alium in mari.
Insuper ⁊ magnas haberet manicas ⁊ in dextera
haberet angelos omnes: ⁊ in sinistra haberet aias
omnes ⁊ tunc quando corpora essent sufficienter
disposita: acciperet ex manica sinistra animas ⁊ ef
funderet eas in diuersa corpora. ¶ Quinta est nul
lum accidens existens in aliquo subiecto habꝫ rea
litatem distinctam a realitate subiecti loco ⁊ situ ei
us est accidens. probatur: quia quecunqꝫ habent
eundem locum ⁊ situm non distinguuntur loco ⁊
situ. Sed accidens ⁊ suum subiectum sunt hu
iusmodi igitur ⁊cetera. minor probatur quia quo
rumcunqꝫ

rumcūqʒ vnū mouet ab vno loco moto alio ⁊ i eo/
dem loco alio existe in loco non distinguunt loco
⁊ situ: subiectuʒ ⁊ acciñs existens in eo sunt hmōi.
igit ⁊c. minor probat: q2 moto nobis mouent oīa
q̄ in nobis sunt. ¶ Sexta est. Quecūqʒ due eēntie
realiter ⁊ essentialiter distincte habēt aliū ⁊ alium
actū existēdi sed aīa ⁊ corpus: aīa ⁊ scia: albedo ⁊
suū subiectū hñt essentias realiter ⁊ essentialr disti
ctas. igit ēt aliū ⁊ aliū modū siue actū existēdi qzq̄
libet essentia hʒ suā propriā exñtiaʒ: ⁊ per ɔñs pro
priū actū existēdi. ¶ Septima est. Esse eēntie nul/
lo mō distinguit ex nã rei ab essentia. nã esse eēn/
tie est abstractū: sed eēntia est concretū mō abstra/
ctum ⁊ concretū nō distinguunt ex nã rei sʒ tm̄ pe
nes diuersum modū cōcipiendi. ¶ Octaua ē. Es/
se essentie ⁊ eē exñtie differunt formaliter. ¶ No/
na est. Quotquot sunt eēntie aliquaꝝ reꝝ realiter
distinctaꝝ tot sunt esse exñtie illaꝝ reꝝ. probat. q2
qñcunqʒ aliqua sunt idē realiter multiplicato vno
multiplicat ⁊ reliquū. sicut pʒ de hoīe ⁊ risibili: q2
quot sunt hoīes tot sunt risibilia q2 risibilitas di/
uidit cū humanitate: sed esse essentie ⁊ eē exñtie st
idē realiter. ergo multiplicato vno multiplicat ⁊
reliquū. ¶ Decima est. Esse eēntie non distinguit
realiter ab esse exñtie. probatur: q2 qñcunqʒ sūt ali
qua duo entia absoluta essentialiter ⁊ realiter disti
cta: ⁊ vnū est prius nã alio: vnū potest esse sine alio.
ergo si esse essentie ⁊ esse existentie sunt realiter di
stincta ⁊ absoluta: pōt esse essentie eē sine esse existē
tie ⁊ eē existentie potest esse sine esse eēntie quod ē
absurdum. Dicitur aūt in maiori duo entia absolu
ta q2 entia respectiua ēt realiter distincta non pos/
sunt sic existere vnum sine alio: vnde pater non po
test esse sine filio. Dicitur secūdo realiter ⁊ essentia
liter distincta: q2 si essent idē realiter vnum nō pos
set esse sine alio. ¶ Undecima est. Esse existētie ali/
cuius rei est oīno inseparabile ab esse essentie illius.
probatur. Quecūqʒ sunt idem realiter vnum non
potest separari ab alio. Esse essentie ⁊ esse existentie
sunt hmōi igitur sunt inseparabilia. ¶ Duodecia
est. Esse essentie reꝝ creataꝝ non fuerunt ab eterno
probatur: q2 esse existentie reꝝ creataꝝ non fuerūt
ab eterno. ergo nec esse essentie. probatur: q2 cum
sint idem realiter vnum non potest esse sine alio.
igitur ⁊c. ¶ Tredecima est. Ponere plura eterna
est oppositū fidei ⁊ est articulus parisius condem/
natus q2 sicut est vnus verus deus: sic vnus solus
eternus. sed ponere essentias reꝝ eternas cum illa
rum sint multe: puta essentia lapidis hominis ⁊c.
est ponere plura eterna igitur illa ponere est oppo
situm fidei hoc contra Albertū. ¶ Decimaquarta
est. Esse quidditatiuū alicuius rei ⁊ eē essentie sūt
idē realiter sed esse eēntie non fuit ab eterno: igit
nec quidditatiuū alicuius creature. hec ꝓpositio ē
ɔ Francis. maronis qui vr idem dicere cū Alberti
stis sub aliis tn̄ terminis seu verbis qz illi dicūt es
se essentie fuisse ab eterno. Ille āt dicit eē quiddita

tiuum fuisse ab eterno. ¶ Si aūt arguat ɔ tale eē
quidditatiuū si est eternū vel ergo est deus vl crea
tura aut est in intellectu vel extra intellectum. Rñ
dit nullum illoꝝ est sed abstrahit ab oīb9 illis: hec
aūt opinio est falsa ⁊ per propositionē precedentez
sufficiēter improbata. ¶ Decimaquinta est. Esse
quidditatiuū est veꝝ esse q2 ɔuenit alicui in pmo
mō dicendi per se. Si ergo hō fuisset ab eterno bʒ
esse quidditatiuū fuisset ab eterno bʒ veꝝ esse ⁊ sic
oēs res mundi fuissent ab eterno bm suū verū esse
quod est erroneū ⁊ falsum: q2 in principio creauit
deus celū ⁊ terram. ¶ Decimasexta est. Esse eēntie
⁊ esse existentie non distinguunt realiter q2 sūt idē
realiter. Hec propositio est ɔ sctm̄ Tho. ponens di
stinctionē realem inter illa. ¶ Illis propositioni/
bus sic habitis pōt faciliter videri ɔ formalizantes
φ quecūqʒ que sunt distīcta se totis subiectiue qñ
sepantur etiā sic distinguunt qñ vniuntur vñ pro
intellectu illius ponit. ¶ Decimaseptima regula
Anima ⁊ corpus qñ sunt simul vnita hñt aliū ⁊ ali
um actū exñdi q2 habent aliam ⁊ aliā essentiā. igr
aliam ⁊ aliam exñtiam. ¶ Decimaoctaua regula.
Subiectū ⁊ accidens ēt qñ sunt vnita habēt aliuʒ
⁊ aliū actū existendi q2 hñt aliam ⁊ aliā essentiam.
¶ Decimanona regula. In xpo sunt plura esse exi
stentie q2 ibi sunt due essentie scʒ essentia diuina ⁊
humana. ¶ Uigesima est. Quotquot sunt accidē
tia in aliquo subiecto realiter ⁊ essentialiter distin/
cta tot sunt esse eēntie realiter ⁊ essentialiter distin
cte. ¶ Uigesimaprima est. Esse subiecti nullo mō
est de rōne intrinseca siue intrinsecū esse ipsius ac/
cidentis: q2 accidētia hñt suum propriū esse essen
tie ⁊ exñtie. vnde falsum dicunt Thomiste φ acci/
dens nō habeat aliud esse ab eē subiecti ⁊ φ recipi
at nouū esse formale post hostie consecrationē. Se
quitur vna ɔclusio generalis ⁊ ꝓpositiō in ordine.
¶ Uigesimasecūda est. Qñcunqʒ aliqua duo acci
dentia vel entia vnibilia ⁊ actu sunt vnita. Illa nō
habent minorem distinctionē qñ actu vniūtur q̄
qñ actu separātur. probatur. q2 vnio nō variat ne
qʒ minuit entitatem vnibiliū. ergo si prius quādo
fuerunt separata fuerūt distincta se totis subiecti/
ue erunt sic distīcta actualiter vnita. ¶ Uigesima
tertia ꝓpō. Tantā distinctionē habent aliqua quā
do sunt actu vnita sicut qñ sunt separata. probatur
ex sequenti. ¶ Uigesimaquarta ꝓpō est. Propter
aliquod accidēs per accidēs non variat esse pma
rium subiecti: q2 propter actū scđm non variat ac
tus primus. Sequit ergo ex quo vnio est accidens
p accidēs non variat eē primariū ⁊ esse eēntie ⁊ eē
exñtie alicuius rei. igitur quantā distinctionē hñt
aliqua sepata tantā hñt vnita q2 eandem essentiā.
¶ Circa rōnem sextam. In textu positā principa/
lem per quā probatur φ distinctio se totis obiecti/
ue non inferet oēs alias necessit maior illis. Suppo
nendū φ ex precedentibus vt argumētaʒ melius
intelligatur φ dñia est iter simplex simplr simplex.

ꝗ sūme simplex his visis ponuntur alique proposi
tiones. Quaꝝ prima est. ¶ Omnis propria pas
sio cuiuscūqꝫ entis dicit conceptū simpliciter sim
plicem. ¶ Secūda est. Omne illud qđ pōt apphē
di vel quod apprehendit per primā operationē i
tellectus est simplex siue sit compositū siue nō. ꝛ sic
propō dr̄ simplex. ¶ Tertia est. Nulla propositio
ſm quod distinguitur ꝯ terminum est simplex.
¶ Quarta est. Solus deus est summe simplex: qꝛ
solus deus non est cōpositus nec cōponibilis cum
alio. Prima pars ꝑpōnis probatur per sequentēz
ꝑpōnem. ¶ Quinta est. Omnis cōpositio dicit i
perfectionē. sequiť ergo cū de⁹ sit summe simplex
perfectus nō est cōpositus probatio ꝑpōnis decla
rabitur ꝑ sequentē. ¶ Sexta est. Omnis pars de
sui rōne dicit imperfectionē. Sed omne qđ cōpo
nitur: cōponitur ex partibus. ergo ois cōpositio di
cit imperfectionē. Quod aūt ois pars impfectōēꝫ
importet probatur. Nam manifestuꝫ est ꝙ ois ps
est imperfectior toto per illud primū principium.
Omne totū est maius sua parte. licet. n. animā cō
parando ad corpus. aīa sit multū nobilior corpe:
tñ totus hō multo nobilior est ipsa aīa. cū ergo ibi
desit nulla imperfectio nulla erit ibi pars: ꝛ ꝑ ꝯñs
nulla cōpositio. Ideo nullus doctoꝝ posuit vł au
sus fuit ponere in diuinis partes. Scđa pars ptꝫ scꝫ
ꝙ deus nō sit cōponibilis cū aliquo: qꝛ deus non
pōt esse pars cū pars de sua rōne importet imper
fectionē. igiť deus cū nullo facit compositionem.
¶ Septima est. Nulla creatura quantūcūqꝫ perfe
cta pōt esse summe simplex. qꝛ si esset aliqua crea
tura summe simplex maxime eēt angelus: sed hoc
non qꝛ in angelo est cōpositio ad minus ex accidē
te ꝛ intellectu. qꝛ sue intellectiones sunt accidētia
que cōpositio in diuinis non pōt esse. Est etiā i an
gelo cōpositio: compositione intrinsece: qꝛ ipse est
in genere substantie. Omnis aūt species cōstituiť
ex genere: ꝛ dr̄ia ex realitate potentiali ꝛ actuali.
¶ Octaua ꝑpō est. Licet vltimum accidēs in or
dine vniuerse non sit compositū ex re ꝛ re vel ex sb
iecto ꝛ accidente. Est tñ cum subiecto compositūꝫ.
Quod aūt non sit compositū ex re ꝛ re ptꝫ: qꝛ acci
dens est forma simplex simplicitate opposita com
positioni ex materia ꝛ forma. Nec componitur ex
subiecto ꝛ accidēte: qꝛ alias tale accidēs non esset
vltimū sed illud ex quo cōponitur. ¶ Nona ꝑpō.
Sicut in ordine perfectionis est deuenire ad pfe
ctissimum ens ita ēt in ordine pfectionis est stat⁹
ad aliqđ imperfectissimū ens. Sꝫ tale impfectissi
mum ens nō pōt esse sba cuꝫ talis perfectior sit ac
cidēte. igitur est aliqđ accidēs. Tale autē accidēs
forte est predicamētum: qñ ꝛ pter tale non potest
reperiri aliud accidēs: qꝛ ipsum est vltimuꝫ: alias
qꝛ si repiretur: aliud non eēt vltimum. Est tñ cum
aliquo cōponibile qꝛ recipitur aliquod subiectuꝫ.
¶ Decima ꝑpō est. Omne accidēs facit composi
tionem cum subiecto suo. hec aūt compositio vo
catur compositio ex subiecto ꝛ accidēte. Ex qbus
manifeste concluditur ꝙ nulla creatura est summe
simplex. ¶ Undecima ꝑpō est. Licet deus sit sum
me simplex ꝛ oīno simplex tñ non est simplr sim
plex qꝛ conceptus deitatis dicit conceptū resolubi
lem in aliquē cōceptum priorē queꝫ quidditatiue
includit puta conceptū entis. ¶ Duodecima ꝑpō
Nullū simpliciter simplex pōt includere aliud qđ
ditatiue probať: qꝛ quicquid includit aliud quid
ditatiue diuiditur in includēs ꝛ inclusum sꝫ nullū
simpliciter simplex pōt diuidi i aliquos partiales
conceptus qꝛ manifestū est ꝙ non esset simpliciter
simplex. Ex hoc sequitur ꝙ nulla propria passio in
cludit aliquid quidditatiue qꝛ ois talis est simpli
citer simplex. ergo sicut passiones non icludūt ali
quid quidditatiue sequitur ꝙ non conueniunt in
aliquo quidditatiue. ꝛ per ꝯñs distinguūtur se to
tis subiectiue. ¶ Tredecima propositio. Ens res
aliquid illa tria sunt penitus synonima. ꝛ iō vnuꝫ
non est propria passio alterius. ¶ Decimaquarta
propositio. Tres sunt proprie passiones entis: cō
uertibiles precise ꝛ adequate. ipso cum ente. s. ve
ritas vnitas ꝛ bonitas. ¶ Decimaquinta propō.
Unum veꝝ bonum nō hñt aliquod superius: qꝛ
sunt eiusdem cōitatis ꝛ ambitus cum ente cōuer
tuntur etenim cū eo. ¶ Decimasexta propositio.
In qualibet re creata reperiunť ista tria scꝫ vnitas
veritas ꝛ bonitas: In quibus pterea reperitur ve
stigium trinitatis: qꝛ non est aliqua res ita instilis
imperfecta. ꝛ ita vilis: quin sit vna bona ꝛ vera. Il
la enim tria conuertūtur cum ente: bū enim sequi
tur ens est: ergo vnum est: vnum ē: ergo ens ē. ali
quid est. ergo verū ē ꝛc̄. Cum ergo omnis res ha
beat illa tria sequitur ꝙ omnis res repñtat vesti
gium trinitatis: vnitas. n. representat vnitatē pri
mi principij. Et aliquod primum quod est origo ꝛ
fons totius trinitatis vt scꝫ pater in diuinis. Veri
tas vero repñtat filiuꝫ qꝛ sibi appropriať. Unde
ꝛ in euangelio veritas de seipsa loquitur. Ego suꝫ
inquit via veritas ꝛ vita. Bonitas. n. appropriať
spūisancto. ¶ Correlariū. Numerus ternari⁹ est
nobilissimus numerus. Nam nullus phoꝝ quan
tumcūqꝫ sapiens quantumcūqꝫ illuminatus posu
it inuenire plures passiones cum ente conuertibi
les qꝫ illas tres superius enumeratas. Aliquid. n.
ꝛ res non sunt passiones: sed sunt nomina penit⁹
synonima. ¶ Decimaseptima propositio ē. ¶ Li
cet in quolibet creatura reperiatur vestigium tri
nitatis. In sola tamen natura intellectuali reperiť
imago trinitatis. Imago autem consistit in memo
ria in intelligentia ꝛ amore vel aliter in parente ꝓ
le ꝛ amore. Parens ē intellectus cum suo subiecto
ꝛ vocatur memoria que parit noticiā. Proles aūt
est noticia genita. ideo ēt filius in diuinis dr̄ noti
cia siue verbū patris. Amor produciť ꝑ voluntatē
Illa autem tria in nulla creatura alia reperiuntur
nisi i itellectuali. ¶ Decimaoctaua propositio est.
Ens

Ens nõ p̄dicat q̄dditatiue de suis proprijs passionibus. Uñ breuiter ponūt due regle gñales. Quarum p^a est. Decimanona propõ. ¶ Nulla propria passio p̄dicat q̄dditatiue de suo subiecto. ¶ Uigesima propõ. Nullū subiectū p̄dicat q̄dditatiue de suis pprijs passionibus. Probatio illarū duarū propositionū siue regularū. Qz oīs propria passio p̄dicat solū de suo subiecto in 2° mō dicēdi p se. Sed nihil p̄dicat de aliquo q̄dditatiue nisi predicet in p° mō dicēdi p se. Idē eni est dicere p̄dicare in p° mō dicendi p se et q̄dditatiue p̄dicare. Nec aliqđ subiectū p̄dicat de suis pprijs passionibus in p° mō dicēdi p se. igit nec q̄dditatiue. ¶ Uigesima prima ppõ est. oēs proprie passiones eiusdē subiecti id[?]ptificant realr inter se. Hec ppõ pbabit ex sequenti. ¶ Uigesimasecūda ppõ. Oīs propria passio idemptificat realr cum suo subiecto: hoc pbatum est efficacissime in p̄cedētibus: iō pbatio eius hic breuitatis gr̄a obmittit. Cū ergo oīs ppria passio realiter cum suo subiecto idemptificet. sequit q plures passiones entis cū suo subiecto idēptificent ex quo ergo sunt vna res cum subiecto erūt ergo vna res inter se. ¶ Uigesimatertia propõ. Deus non pōt facere ēt de potētia sua absoluta rē suā absq; sua propria passiōe qz sunt vna res. ¶ Uigesimaquarta propõ. Implicat ɔtradictionē q deus faceret aliquā rem que nō eēt bona vera et vna qz impossibile est q deus faciat aliquā rē sine eo cum quo est idem realr s3 sic est cum illis passionibus. igit etc̄. Ex his igit manifeste p3 q argumentum sextū ɔtra aduersarios est efficacissimū. Nā proprie passiones cuiuscunq; subiecti distinguūtur se totis obiectiue et m̄ passiones eiusdem subiecti sunt eadē realr. ergo distinctio se totis obiectiue nō īfert oēs alias. Ex illis iam dictis manifeste claret ɔfirmatio p^a sexte rōnis. s. de passionibus ētis.

¶ Pro declaratione scđe ɔfirmationis ponende sunt alique distictiones. Prima e^t. ¶ Differētie q̄dā sunt eētiales: q̄dā vero accidētales. ¶ Drīe accidētales sunt ille qbus sua extrema differūt accidētalr vt album et nigrū. Nam sortes albus et sortes niger nō differūt nisi accidētalr. Similiter sortes senex et sortes puer. ¶ Drīe eētiales sunt ille q̄ faciūt drīam eētialē īter sua extrema vt rōnale et irratiōale. ¶ Scđa distictio. Drīe eētiales sunt duplices: qz Quedā sunt specifice et sunt ille que sunt diuisiue gñis et constitutiue spēi vt rationale et dicunt ille drīe magis specifice a ɔstitutiōe spēi q̄3 generice a diuisione gñis. ¶ Alie sunt Indiuiduales et sūt ille que sūt diuisiue spēi et ɔstitutiue indiuiduorū sub spē vt sorteitas ioāneitas. ¶ Tertia distinctio Differētie eētiales specifice sunt duplices: qz Quedā sunt que sumunt ab alia et alia re siue alia et alia forma quā a qua sumit genus p̄ serti ponēdo pluralitatē forārū ī eodē ɔceptu sbali. ¶ Alie sūt q̄ sumūt ab alia et alia realitate: q̄3 gñica realitate: sicut in albedie et in q̄cūq; forā simplici non composita ex re et re. Nam in albedine genus sumitur ab alia realitate q̄3 differentia sc3 disgregatiuitate. Sed si ponatur opinio de pluralitate formarum: tunc rationale in homine ab anima intellectiua sumitur. et animalitas siue genus ab anima sensitiua que forme sunt distincte realiter. Si autem non ponatur huiusmodi pluralitas cū nulla sit necessitas differentia et genus sumuntur ab alia et alia realitate. Pro quorū intellectu sequētes nota propositiones. ¶ Prima propositio. nulla drīa specifica q̄ sumit ab alia et alia forma q̄3 sit forma a qua sumit genus est differentia vltima p3 qz omnis talis differentia includit ens quidditatiue sicut et ipsa forma. Sicut enim anima includit ens quidditatiue. sic etiam rationale si sumatur ab illa includit ens quidditatiue: et per consequēs nō erit vltima differentia: qz resolubilis etc̄. ¶ Secūda propositio. Nulla differētia vltima īcludit ens quidditatiue alr̄s non esset vltima. Differentia vltima non debet includere duos conceptus: quorū vnus sit quidditatiuus. alius qualitatiuus. qz tūc non esset vere vltima differentia: esset. n. resolubilis in plures conceptus priores: quorū vnus esset quidditatiuus et alter qualitatiuus. et sic compositus qualitatiuus esset differentia vltima. ¶ Notādum s̄m sanctū Thomam et suos sequaces in homine non est ponenda nisi vnica forma substātialis scil3 anima intellectiua. s̄m vero okam in hoīe ponende sunt ad minus tres forme realiter distincte sc3 anima vegetatiua sensitiua et intellectiua.

¶ Doctor vero subtilis et virtuosus virtuose procedit declinando extrema et eligendo medium. nā et ipse mediat inter illas duas opiniones: quia ipse nō ponit formas realiter distinctas sicut Okā. Nec ponit vnicam tantū sicut sanctus Thomas. Sed ponit animam vegetatiuam sensitiuam et intellectiuam: vnicam esse in homine. contra okam et ponit formam corporeitatis contra sanctū Thomam: ita q ad minus duas formas oportet ponere in quolibet animali. ¶ Corpus etiam sumitur dupliciter non loquendo de corpore prout est ī genere quantitatis. ¶ Uno mō sumitur pro aliqua quantitate generica que ponitur in recta linea predicamentali. ¶ Alio modo sumit pro forma corporis quod est altera pars cōpositi. A corpore primo modo sumpto sumitur realitas. ¶ Quarta propositio. Omnis differentia specifica siue sit de genere substantie siue accidētis que sumitur ab alia realitate q̄3 sit illa realitas a qua sumitur gen^9 dicitur vltima. quia talis differentia non includit aliquem conceptum in quid sed tantum includit cōceptum qualitatiuū. ¶ Quinta propositio. Omnis drīa essentialis siue specifica siue indiuidualis de genere accidentium est vltima: quia sumit ab alia realitate rei cum ibi non sit compositio materie et forme. ¶ Sexta propositio. Omnes differentie indiuiduales siue sint de genere substantie.

siue accidentiũ dicunt dñie vltime: q: omnes tales sumunt ab alia realitate ꝙ ab illa a qua sumit species. ¶ Nulle dñie accidentales possunt dici dñie vltime respectu hoꝝ quoꝝ dñr accidentales: quia differentie vltime semper sunt essentiales: q: semp faciunt differre essentialiter. Accidentales aũt differentie solũ faciũt differre accidentaliter. ¶ Octaua propositio est. Dñia vltima est illa que sumit ab alia realitate ꝙ sit realitas sui ꝯtrahibilis ⁊ que dicit conceptũ simplr simplicem. Dicit que sumitur ab alia realitate propter dñiam que sumit ab alia forma ꝙ a qua sumitur suũ ꝯtrahibile. Dicitur ꝯtrahibilis per hoc innuitur ꝙ non solũ genus: species verũetiam sit ꝯtrahibilis. ¶ Nona propositio. Omne genus ꝯtrahitur per dñias formales ⁊ essentiales. Sed species ꝯtrahitur per dñias essentiales materiales ⁊ indiuiduales ⁊ nõ formales. ¶ Decima propositio. Omnis dñia specifica cuiuscũqꝫ speciei est eadẽ cum indiuiduo illius speciei cuius est indiuiduũ. ¶ Undecima ꝓpõ. Differentie essentiales ⁊ formales sunt dñie que predicant in quid de eo quod cõstituũt. Sed dñie materiales ⁊ indiuiduales sunt dñie essentiales que nõ in quid predicant de eo quod cõstituũt. Ex his pꝫ declaratio sexte rõnis principalis.

¶ Circa septimã propositionẽ principalẽ. In qua probatur ꝙ non oĩa que distinguunt essentialiter distinguunt formaliter. Ponẽde sunt alique ꝓpõnes. Quaꝝ prima est. Homo ẽ idẽ formaliter ⁊ qdditatiue anime sue ⁊ corpori suo: ⁊ tñ homo distinguitur realiter ⁊ essentialr ab eis. igitur distinctio essentialis ⁊ realis non inferunt formalẽ distinctionem. ¶ Secunda propositio que probat primam ꝓpositionem ⁊ est ista. Omnis res naturalis includit in primo mõ dicendi per se materiã ⁊ formaꝫ ex quibus cõponitur intrinsece. Pro maiori dclaratione huius ꝓpositionis est. Sciendum ꝙ Res sunt triplices ſm cõmentatorem sexto metaphisice. Quia quedaꝫ sunt que sunt ꝯiuncte materie tã ſm esse ꝙ ſm diffinitionem. ¶ Alie sunt res que sunt separate a materia tam ſm esse ꝙ ſm diffinitionem. ¶ Tertie aũt sunt res que coniunguntur materie ſm esse non aũt ſm diffinitionẽ. Exẽpluꝫ primi omnis res naturalis includit materiã ⁊ formam. Nam implicat ꝯdictionem deum facere aliquam rem materialẽ sine materia. Implicat etiam ꝯdictionẽ deum facere aliquam rẽ materialẽ sine forma q: ens naturale est illud qđ est compositũ ex mã ⁊ forma. ¶ Tertia est. Ois res nãlis ⁊ oĩe totũ essentiale est idẽ formaliter ⁊ quidditatiue cũ mã ⁊ forma. Iste ꝓpõnes sunt de mẽte doctor. subtilis in .ij. sniaꝝ dis. xij. vbi vult ꝙ tam mã ꝙ forma sint de quidditate rei nãlis ⁊ allegat ibi opiones quorũdam quas recitat phs. vij. metaphisice ca. ij. ⁊ primo de aĩa quoꝝ aliqui diffiniebant res nãles per materiã tm̃. Alij per actũ tm̃. aliqui aũt per vtrũqꝫ .i. tam per materiã ꝙ per formã. Et isti vltimi ſm phm̃ recte definiunt rẽ naturalem. Unde cõmendat Architã qui tam materiã ꝙ formã cõplexus est in diffinitione: Sequit ergo ꝙ tam mã ꝙ forma includunt in primo modo dicẽdi per se ⁊ per ꝯñs impossibile est ⁊ implicat ꝯdictionẽ reꝫ nãlem esse sine mã ⁊ forma. Exẽplum secundi scꝫ de rebus que sunt separate a mã tam ſm esse ꝙ ſꝫ diffinitionẽ: vt angeli: demones. Et ista de quibꝰ est metaphisica. Exẽplum tertij vt accidentia illa enim sunt cõiuncta materie ſm esse non aũt ſꝫ diffinitionẽ: q: nullum accidens diffinit diffinitione quidditatiua per suũ subiectum tãꝙ per aliquod sibi intrinsecum. Ex his ergo concludit cũ res nãlis sit idem quidditatiue materie ⁊ forme ex qbus componitur a quibus tñ cum hoc sit realiter ⁊ essentialiter distincta ꝙ distictio realis ⁊ essentialis non inferant distictionem formalem. Q. autẽ res naturalis realiter ⁊ essentialiter distinguat a materia ⁊ forma pꝫ q: omne compositum distiguit realiter ⁊ essentialiter a suis partibus ipsum realiter constituẽtibus sicut pꝫ ex precedẽtibus. Ex his septime rõnis declaratio pꝫ. ¶ Pro elucidatiõe octaue none ⁊ decime rõnum sciẽdum idẽtitas rationis non infert omnes alias idẽtitates: pꝫ q: pater filius ⁊ spũssanctus sunt idem rõne vel habẽt idẽtitatem rationis: ⁊ tñ distinguũtur realiter suppositaliter siue personaliter. ergo idẽtitas ratiõis nõ infert omnes alias idẽtitates sed stat cum distictione reali. Añs probatur pro secũda parte: q: alia est persona patris alia filij alia spũssancti. ergo distinguuntur personaliter. Unde distinctio realis ẽ duplex: sicut pꝫ ex precedẽtibus. Nam quedã est realis essentiaꝝ: alia realis personaꝝ siue suppositoꝝ: prima nullo mõ ponẽda est in diuinis: sed secunda. prima pars añtis probat. Nã de qbuscũqꝫ dr vnꝰ ⁊ idẽ respectus rõnis vna ⁊ eadẽ relatio rõnis numero sunt ideꝫ ratione pater filius ⁊ s.ss. sunt hmõi igit sũt idẽ rõne. maior ꝓbat: q: sicut illa sũt diuersa ratione de quibꝰ dicunt diuerse relationes rõis vt sortes a parte subiecti: ⁊ a parte ꝓdicati differt a seipso ratione: q: in ipso fundantur diuerse secũde intentiones. s. intẽtio subiecti ⁊ intentio predicati. Ita illa dicunt eadẽ rõne de quibꝰ dicitur vna relatio rõnis: siue vnus respectus rõnis. minor ꝓbat: quia pr̃ filius ⁊ s.ss. sunt vnus dñs ⁊ vnus creator q: habent vnam relationẽ rõnis dominij. ⁊ vnam relationẽ creationis idõ sunt vnus creator: vnus dñs sicut sunt vnus deus ꝓpter vnitatẽ essentie. Nam si in prẽ filio ⁊ s.ss. essent diuerse relationes dñij in diuinis essent plures dñi quod est erroneum. Nam rex francie ⁊ rex vngarie sunt diuersi dñi quia habent diuersa dominia. Sic etiam esset in diuinis si essent diuerse relationes dñij. Essent etiam in diuinis plures creatores si ibi essent diuerse relationes creationis. Q: aũt relatio dñij ⁊ creationis in diuinis sint relationes rõnis ꝓbatur per ꝓpositiones sequentes. ¶ Prima est. Impossibile est deum referri

simpliciter. ¶ Undecima est. Omnis pfectio sim/
pliciter est formaliter infinita. probatur. per sequē
tem propositionem. ¶ Duodecima est. Ens perfe
cte intensiue & ens formaliter infinitū conuertuntur.
¶ Tredecima est. Perfectio simpliciter intensiue
est illa que habet ex materia sua formalem infinita
tem. Et illo modo perfectio non reperitur in creatu
ra. ¶ Decimaquarta est. Perfectio simpliciter per
missiue sicut sunt sapientia scientia etiaꝫ reperit in
creatura. ¶ Decimaquinta est. Quelibet perfectio
simpliciter ꝫm suam rationem formalem & transcē
dentē reperitur in deo & creaturis vnitate. Et dico
transcendentem ad excludendū perfectiones sim/
pliciter attributales quia tales nō conueniūt crea/
ture cum sint simpliciter & formaliter infinite. Deci
ma sexta est. Perfectio simpliciter permissiue est il/
la que de se formaliter nō est infinita potest tñ esse
idem alicui formaliter īfinito. ¶ Decimaseptima
est. Perfectio simpliciter est illa que in quolibet est
melius ipsum q̄ non ipsum. Et hec descriptio est
beati Anselmi in monologio. ¶ Sciendū q hec d
scriptio perfectionis simpliciter est multum subti/
lis & quasi omnes doctores simpliciter & eam sine
declaratione transeunt. Doctor tamen subtilis sub
tiliter & profunde eaꝫ declarat plus q̄ aliquis alio
rum doctorum. Et vt melius intelligatur declara/
bo eam ꝫm mentem doctoris subtilis: ideo sciēduꝫ
q in hac descriptiōe dicuntur duo propter que ip
sa est multum difficilis: primo dicitur in quolibet.
secundo melius est ipsum q̄ non ipsum. ¶ Circa
secundum notandum q ista diffiniti o debet sic in
telligi. Perfectio simpliciter est illa que in quolibꝫ
habēte ipm melius est habere ipꝫ q̄ nō habere ip/
sum. Pro declaratione huius clariori ponende sūt
alique per ordinem propositiones. Quarū prima
est. ¶ Per non ipsuꝫ non debet intelligi oppositū
contradictorium illius quia tunc sanctus Anselmꝰ
nihil noui posuisset in hac diffinitione: manifestuꝫ
est enim q affirmatio melior est negatione: quodli
bet enim ens melius est q̄ non ens. Nam meliꝰ est
esse murem q̄ non murem: melius est esse asinum
q̄ non asinum &c. ¶ Secunda est. Per non ipsuꝫ
non debet intelligi oppositū priuationis quia ma/
nifestuꝫ est

nifestum est ꝙ habitus semper melior est q̄ priua
tio. Nam auditus melior ē q̄ surditas: visus me
lior est q̄ cecitas: ⁊ tamen illa non sunt perfectões
simpliciter. Debet ergo sic intelligi. Melius est
habere ipsum q̄ non ipsum: id est q̄ quālibet rez
incompossibilem sibi: ⁊ sic melius est habere sa/
pientiam q̄ stultitiam: melius est habere humili
tatem q̄ superbiam: castitatem q̄ luxuriam: ⁊ me
lius est habere scientiam q̄ ignorantiaz. Ubi sciē
dum est ꝙ ignorantia sumitur tripliciter. ℂ Pri
mo sumitur negatiue: ⁊ illo modo valet tantū si/
cut non scientia: ⁊ ignorare sicut non intelligere.
Et illo modo lapis est ignorans .i. non intelligēs.
ℂ Secūdo: ignorantia sumitur priuatiue: ⁊ illo
modo non ponit negationem: sed cum hoc ponit
aliqđ suppositiuū aptitudinē ad scientiaz. Et illo⁹
puer ignorat q2 nō hʒ sciētiā: sʒ ē apt⁹ nat⁹ hr̄e sciē
tiam. ℂ Tertio: ignorantia sumitur contrarie qñ
scilicet quis habet actualem notitiam erroris: et
talis est ignorantia praue dispositionis. ℂ Pro
declaratione prime particule posite in descriptio/
ne perfectionis simpliciter ⁊ vbi dicitur perfectio
simpliciter est in quolibet ⁊c̄. ponende sunt alique
propositiones: quarum prima est. ℂ Per ly quo/
libet positum in diffinitione non intelligitur .i. in
qualibet natura. Nam clarum est ꝙ sapientia est
perfectio simpliciter: ⁊ tamen non in qualibet na
tura est melius ipsam habere q̄ non habere: quia
sapientia non est melior cani q̄ non ipsa: quia ipsa
est cani incompossibilis: imo sapientia destrue/
ret canis naturā. Nam si haberet sapientiam ipse
non esset canis. ℂ Secūda est: In quolibet intelli
gitur in quolibet supposito. ℂ Tertia est. Suppo
situm cuiuslibet nature potest sumi dupliciť. Uno
modo s̄m se absolute ⁊ indeterminate. Alio mo/
do potest sumi determinate .i. determinando cui⁹
nature suppositum sit. ℂ Quarta est: descriptio p
fectionis simpliciter beati Anselmi intelligitur ꝙ
quolibet .i. in quolibet supposito idētitate s̄m se:
⁊ absolute considerato. ℂ Quinta est. Perfectio
simpliciter est illa que in quolibet .i. ī quolibet sup
posito s̄m se absolute ⁊ indeterminate considera/
to non determinando cuius nature sit melius est
ipsam habere q̄ non habere ipsam .i. q̄ habere
quālibet rem incompossibilem sibi. Nota lʒ sim/
pliciter loquendo melius sit esse angelum q̄ ho/
minem: quia includit sibi annihilationem quod
sibi non est bonum. Nam si deus vellet me facere
angelum: clamarem vtiq3 dicendo. Non domine
non volo vt me facias angelum quia licet melius
sit esse angelus q̄ hominē: tñ mihi nō est melius
quia repugnat nature mee: oporteret enim ꝙ deus
me annihilaret. ℂ Sexta ē. Omnis perfectio sim
pliciter est cōmunicabilis. Probatur: quia in quo
libet est melius ipsum esse q̄ nō esse. Si igitur bo
num est ipsum esse in quolibet: sequitur ꝙ sit cō/
municabilis pluribus. ℂ Septima est. Nulla p/
prietas personalis in diuinis est perfectio simpli
citer quia est incōmunicabilis. ℂ Octaua est sup
positum inquantum suppositum non includit na
turam quidditatiue. Si diceres perfectio simpli/
citer est illa que in quolibet melius est ipsuz q̄ nō
ipsum. Cum igitur sapientia sit perfectio simpli/
citer: sequitur ꝙ melius est ipsam esse in cane q̄
non esse cum canis sit suppositum. ℂ Respondeo
sumendo suppositum s̄m se absolute ⁊ indetermi
nate inquantū .s. suppositū sic nō repugnat sapiē
tia cani: quia si repugnaret supposito inquantum
suppositum: tunc repugnaret cuilibet supposito.
Alio modo sumitur suppositum determinate: et
sic sumendo suppositū determinate: vt patet pro
supposito ipsius canis inquantuz .s. illius nature
sic repugnat cani: non autem primo mō. ℂ Se/
xtus gradus vnitatis est vnitas siue idētitas for/
malis. Pro maiori declaratione huius grad⁹ po
nenda sunt aliqua dicta: quorū est tale primum.
ℂ Identitas formalis est illa qua illud quod est
alicui formaliter idem includit illud cui sic ē idez
in primo modo dicendi per se. Probať exempla/
riter homo est idem formaliter animali: ⁊ breuiť
omne inferius sui superiori quia homo includit
animal in primo modo dicendi per se. Similiter
omne inferius includit suuz superius in primo⁹
dicendi per se. ℂ Correlariuz. Idētitas formalis
idētitas primi modi dicendi per se: ⁊ inclusio for
malis similiter iclusio essentialis sunt penitus sy
nonima. ℂ Secundū dictū. Idētitas formalis ē
maxima idētitas reperabilis ex natura rei. Dico
ex natura rei ad differentiam idētitatis rationis.
Qz autem idētitas formalis sit maxima idētitas
ex natura rei reparabilis. probatur. Nam s̄m do
ctorem subtilem solum sunt sex gradus idētitatis
in quibus semper sequens addit aliquid sup aliū
precedentē: cum igitur ipsa idētitas formalis sit
sextus ⁊ vltimus gradus idētitatis: sequitur ꝙ
ipsa sit perfectissima: imo ipsa est maior idētitate
simplicitatis: quia cum idētitate simplicitatis stat
distinctio formalis. ℂ Tertium dictū. Distinctio
formalis est minima distinctio rep̄ibilis ex natu/
ra rei. probatur per dicta aliorum formalizantiū:
nam s̄m eos maxima distinctio opponitur mini/
me idētitati: ⁊ idētitas minima opponitur maxi/
ma distinctione: sed maxima idētitas rep̄ibilis ex
natura rei est idētitas formalis. quia minima di/
stinctio rep̄ibilis ex natura rei est distinctio forma
lis que opponiť idētitate formali: maior est ipso/
rum aduersariorum. minor patet ex primo dicto
⁊ etiam per doctorem subtilem in primo qui po/
nit eam in sexto gradu vt visum est. ℂ Quartum
est. Quicquid includit aliud in primo modo dicē
di per se est idem formaliter cum eo. ℂ Quintuz
est. Quicquid non includit aliud in primo modo
dicendi per se non est idez sibi formaliter quia ni
hil est idem alicui nisi includat illud in primo mō

dicēdi per se. ¶ Sextū ē. Quecūq3 entitas q̄ sic se habet ad aliam q͂ non includat aliā entitatē in primo modo dicēdi per se distiguitur formaliter ab ea quia distinctio formalis est illa que est inter aliquas entitates formales quarum vna non includit aliam in primo modo dicēdi per se. ¶ Septimum est. Identitas formalis aliquorum extremorum siue inter duo extrema non est mutua: patet quia inferius est idem formaliter suo superiori: non tamen econuerso. ¶ Octauū est. Distinctio formalis inter duo extrema non est mutua. probatur: quia idētitas formalis et identitas primi modi sunt penitus idem sed identitas primi modi non est mutua: igitur nec idētitas formalis: vnde dicendo: homo est animal: homo est idem formaliter animali sed non econuerso: quia s̄m philosophū primo posteriorum predicationes per se nō conuertuntur: igitur etc. Et per idem probatur q͂ distinctio formalis non est mutua: quia omne illud quod non includit aliud in primo modo dicendi per se distingitur ab eo formaliter: sed nullum superius includit suum inferius in primo modo dicendi per se: igitur distinguitur formaliter a suo inferiori: non tamen econtra: quia omne inferius includit suum superius in primo modo dicendi per se. ¶ Ex his dictis alique propositiones sequuntur: quarum prima est hec. ¶ Omne inferius idem formaliter suo superiori. ¶ Secunda est. Omne diffinitum est idem formaliter cū sua diffinitione. ¶ Tertia est. Omne totum essentiale est idem formaliter cum suis partibus essentialibus: he tres propositiones vnica probatione probantur. Et est talis. Omne illud est idē alicui qd̄ includit illud in primo modo dicendi per se. sed omne inferius includit suum superius in primo modo dicendi per se: similiter omne diffinitū suā diffinitionem: et omne totum essentiale suas partes essentiales. igitur etc. ¶ Quarta est. Nulla diffinitio est idem formaliter suo diffinito. ¶ Quinta est. Nullum superius est idem formaliter suo inferiori. ¶ Sexta est. Nulle partes essentiales sunt idem formaliter suo toti essentiali. probatio vnica istarum trium propositionū est talis. Quia omnis entitas sic se habens ad aliam q͂ non includit eam in primo modo dicendi per se non est eadem illi formaliter. Sed nullum superius includit suum inferius in primo modo dicendi per se. Similiter nulla diffinitio suum diffinitū nec partes essentiales suum totum essentiale: igitur etc. Contra predicta vt veritas magis elucescat. Arguitur primo sic. Omne inferius est idem formaliter suo superiori: similiter omne totum essentiale suis partibus essentialibus et omne diffinitum sue diffinitioni: igitur econuerso omne superius est idem suo inferiori: et omnis diffinitio etc. Probatio consequentie: quia tāta est idētitas superioris ad inferius: q̄nta est iferioris ad superius etc.

¶ Secundo sic arguitur identitas est relatio equiparantie que denominat vtrūq3 extremorum. vnde si aliquid est simile alicui illud aliud est etiā3 simile eidem: sicut est albedo que est similis alie albedini: illa alia albedo etiam est similis econuerso priori. Sic ergo inferius est idem suo superiori et contra superius erit idem formaliter suo inferiori. ¶ Tertio arguitur idētitas formalis et distinctio formalis sunt de primo modo relatiuorum et tales s̄m philosophū sunt mutue. Na3 relatiua dicuntur ad conuertentiā: et habent maximā mutuitatem: igitur ipsa identitas formalis et distinctio formalis est mutua. ¶ Pro solutione argumentorum. Ad primū respondeo: concedo q͂ omne inferius est idem formaliter suo superiori. Et quando infertur igitur econuerso omne superius etc. Nego consequentiam. ¶ Ad probationem dico q͂ falsa est illa propositio q͂ tanta sit identitas superioris ad inferius quanta est identitas inferioris ad superius. Nam quando aliquid includit alterum in primo modo dicendi per se Nō oportet q͂ tale inclusum includat includens econtra in primo modo dicendi per se: quia propositiones per se s̄m philosophū non conuertunt: igitur sicut inclusio in primo modo dicendi per se non est mutua sicut nec identitas formalis est mutua cū sint penitus idem. Nam non oportet q͂ si homo includit animal rationale in primo modo dicendi per se: q͂ ecōtra animal rationale includat hominē in primo modo dicendi per se. Et ideo non oportet q͂ tanta sit identitas animalis ad hominē quanta est hominis ad animal. probat per sequentē propositionem generale3 que est talis. ¶ Non oportet tantam identitatē esse inclusi ad includens q̄nta ē includētis ad inclusum: quia homo est includens et animal rationale est inclusum: quia in homine includitur: sed non oportet esse tantam idētitatem animalis ad hominē quanta est econtra. Nam homo nunq̄ potest esse sine animali: sed tamen bene contra sequitur: igitur propositū quod non oportet si homo est idem formaliter animali q͂ econtra aial sit idē formaliter homini. ¶ Ad secundū argumentū negat antecedens. s. q͂ identitas formalis sit relatio equiparantie. Unde notādum relatio est duplex. s. disquiparantie et equiparantie. ¶ Disquiparantie est illa que semp est alterius et alterius speciei in fundamento et termino vt paternitas et filiatio: ille enim due relatiōes sunt relationes disquiparantie et differunt specie. Probat q: magis differūt paternitas et filiatio q̄ paternitas et paternitas: s3 paternitas et paternitas differūt numero: igitur paternitas et filiatio differunt specie. Ad argumentū ergo dicendū q͂ idētitas formalis non est relatio equiparātie s3 ē disquiparātie. ¶ Equiparantie est illa relatio que est eiusde3 rationis in vtroq3 extremorum: vt similitudo et sic de aliis. Si dicas omnis idētitas est eiusdem ratiōis

in fundamēto

In fundamento & termino:igitur est relatio equi/
parantie. ¶ Respondeo falsum est q identitas p
mi modi dicendi per se est verissima identitas:et
tamē non est equiparantie:nam identitas forma/
lis non est mutua quare falsa. ¶ Ad tertiuz argu/
mentum quādo arguiť q omnis relatio de pmo
modo relatiuoꝝ sit mutua:sed distinctio & relatio
sunt de primo modo relatiuoꝝ:igitur &c. ¶ Pro
declaratione est sciendum q phus quinto metaphi
sice ponit tres modos relatiuorum distinguēs pe
nes diuersa fundamenta dicens q quedā sunt re
lationes fundate super vnū:& ille faciunt primuz
modū relatiuoꝝ. Alie sunt relationes fundate su
per potentiam actiuam & passiuā:& faciunt scdm
modum relatiuorum. Quedam autem sunt que
fundanť super mensurabile & mensuram:& sunt
relationes tertij modi relatiuoꝝ. ¶ Relationes p
mi modi fundate super vnū.quedam fundanť su
per vnum in numero:sicut sunt proportiões ma
teriales:vt duplum & dimidiū. Alie sunt relatões
que fundantur solūmodo super vnuz in potentia
& tales relationes faciunt identitatez. ¶ Relatio
nes secundi modi sunt ille que fundanť super po
tentiam actiuam & passiuam:vt paternitas funda
tur super potentiam actiuam generandi & filiatio
super potentiam passiuā. Unde phus ibidem di
cit:pater dicitur eo q genuit & filius eo q genit⁹
est. Ex hoc sequitur correlarium contra Jurlion:
qui Rome disputauit:& tenuit q christus in cru/
ce pendens potuit facere q ioānes esset filius na
turalis beate virginis per illa verba. Mulier ec
ce filius tuus:quia fuerunt talis efficacie sicut il
la:hoc est corpus meū. ¶ Correlarium. Christus
in cruce pendens per illa verba ad matrem suaz.
Ecce filius tuus.non potest efficere q ioānes eēt
verus & naturalis filius virginis marie:neq per
illa. Ecce mater tua.potuit facere q gloriosissima
maria virgo esset mater vera ioannis. ¶ Arguiť
cōtra correlariuz. Primo tante efficacie & potesta
tis fuere illa verba christi in cruce pendētis. Mu
lier ecce filius tuus &c.sicut illa in cena dicta. Hoc
est corpus meū:ergo sicut potuit substantiam pa
nis mutare in corpus suum per illa verba:hoc ē
corpus meum:etiam potuit facere per illa verba.
Ecce filius tuus:q ioannes esset verus & natura/
lis filius beate virginis marie. ¶ Arguiť secūdo
sic. Quandocūq alique due res sic se habent q
vna distinguitur formaliter ab alia:& vna ē poste
rior alia:deus potest illa abinuicem separare: sed
subiectum et suum accidens sunt huiusmodi:er
go deus potest illa separare:vnum conseruare et
alterum annihilare. Et per consequēs christus de
potentia sua ablata potuit a seipso separare suam
filiationem que est accidens & realiter a christo di
stincta & dare illam ioanni:& per consequens ve/
rus virginis marie filius fuisset. ¶ Ad primum
argumentum. Implicat manifeste contradictio/
nem q ioannes esset effectus naturalis filius vir
ginis marie nisi eum genuisset:deus tamen bene
potuisset fecisse q ioannes fuisset verus filius vir
ginis gloriose & hoc si eum genuisset. Nā si adaz
non cecidisset:sed in innocentie statu permansis/
set:tunc fuissent illi soli geniti qui nunc sunt ele/
cti:& tales electi non fuissent geniti a parentibus
dānatis sed ab alijs. Unde sm scotū libro secūdo.
Idem homo numero potuit esse filius ade aut fi/
lius abrahe:et quocūq istorum duorum fuisset:
idem in numero fuisset. Ita etiam potuisset deus
fecisse q fuisset genitus ioannes de virgine glo
riosa:& per consequens q verus & naturalis fili⁹
eius fuisset:sed quia cum non genuerit:ideo chri
stus in cruce non potuit facere q ioannes esset ve
rus & naturalis filius virginis marie. Nam filia/
tio presupponit genitū eē sicut paternitas genuis
se &c. ¶ Nota illa quatuor habent se per ordinē.
generans:generatiuū:potens generare: & pater.
Unde potēs generare est generatiuū:sed nō ecō/
tra quia pueri parui similiter & virgines sunt ge
neratiui & tamē non possunt generare. Silr omē
generans est potēs generare sed nō econtra. Ois
enī pater est generans sed nō ecōtra. patet. Nam
si aliqs vir diffundat semen cū muliere:& postea
statim moriať:tūc vtero mulieris generať fetus &
erit proles. Sed in casu posito vir iste est mortu⁹
anťq fil⁹ est genit⁹:& nullū mortuū ē pr: imo ille
nūq fuit pr: q nūq huit filiū.nā an formationē fi
lij ipse fuit mortuus:sed tn fuit generās:igiť &c.
¶ Correlariū. Multi genuerūt & tn nūq erūt pa
tres vsq ad diē iudicij. Ad argumentuz ergo qn
diciť tante potentie & efficacie fuere verba illa &c.
¶ Respōdeo:falsum est. Si dicas potuerunt esse
tante efficacie. Respōdeo. Nulla verba christi pñt
esse incōpossibiliū:quia potētia dei ad extra nō ex
tendit se ad illud quod nō est effectibile: sic autez
est in pposito:supposito q btā virgo nō genuerit
ioannē non potuit christus efficere q ioānes essz
verus gloriose virginis fili⁹ & naturalis. ¶ Ad se
cundū argumentū dī q maior est simplr falsa in
respectiuis:& si apparentiaz habeāt in absolutis.
¶ Relationes tertij modi fundate sup mēsurā et
mensurabile:vt sciētia & scibile:intellectio & itel
ligibile. Nā scia mēsurať a scibili & intellectio ab
itelligibili:act⁹ enī intelligēdi aptus natus ē mē
surari & depēdere i entitate & cognoscibilitate ab
obiecto percipiendo ipsum sicut similitudo cui⁹
est. Pro maiori declaratione huius tertij modi
relationis. ¶ Sciendum q mensura est duplex:
scilicet quidditatiua & quantitatiua. Quantitati/
ua & illa iterum est duplex:vna per replicationē:
& est illa qn mēsura ē nob notior mēsurato. Alia p
applicationē & ē qn sūt eqlia. Alia ē mēsura qddi
tatiua vel entitatiua:& hac mensura omne illud
dicitur mensurari ab alio qd est causatum ab eo
quidditatiue & sic totus mundus dicitur est mēsu

retus a sua causa. Sequuntur aliq̄ propositiones.
Quarum hec est prima propositio. Omne illud di
citur mensurari q̄dditatiue siue entitatiue ab alio
quod est causatum ab eo quidditatiue. Omnis mū
di effectus dicitur hoc modo mensuratum a sua p̄
se causa. Cum ergo sententia nostra causetur a sci/
bili ⁊ intellectio nostra ab obiecto intelligibili: ⁊ es
sentialr̄ dependeat ab ipso sequitur q̄ sciētia a sci/
bili ⁊ intellectio ab intelligibili mensuratur. Si di
cas ex illo sequitur q̄ tam scientia q̄3 intellecto mē
suratur ab intellectu quia essentialr̄ ab ipso depen
det ⁊ causatur. ¶ Respondeo dicendo q̄ omnis
scientia ⁊ etiam intellectio mensuretur ab intelle/
ctu cum ab eo essentialr̄ dependeat. Sed quia idē
est intellectus omniū scientiarum a deo ideo obie
ctum dicitur magis mensurare scientiam siue in/
tellectionem magis participant similitudinē obie
cti q̄3 ipsius intellectus. ¶ Secunda propositio.
Licet sit mutuitas relationum primi ⁊ secūdi mo/
di tñ nūq̄3 est mutuitas tertij modi. Exemplum pri
mi modi. Si dimidium est duplum est ⁊ econtra si
duplum est dimidium est. Exemplum secundi. Si
pater est filius est ⁊ econuerso si filius est pater est.
Exemplum tertij. Sciētia est non tamen sequit̄ q̄
scibile est. Stat enim q̄ scientia sit de aliquo scibi
li. scibili non existente. Et ideo non est mutuitas re
lationū tertij modi. Unde in primis duobus mo/
dis vnum est relatiuorum dependet ab alio ⁊ vnū
potest existere altero non existente. Sed scibile nō
dependet essentialr̄ a scientia ⁊ ideo non requirit
mutuitas. ¶ Tertia propositio. Idemptitas for/a
lis ⁊ distinctio formalis non sunt de primo vel se
cūdo mō relatiuor̄ s3 de 3° mō iō nō reqrit ibi mu
tuitas. Si dicas relōnes tertij modi relationes
fundate super mensuram ⁊ mensurabili modo in
distinctione formali vel etiam idemptitate forma
li non videt̄ esse talis habitudo scilicet mensurabi
lis ad mensuram igitur ⁊c̄. Respōdeo. ¶ Quar/
ta propositio. Omnis res eo modo quo dependet
a suis principijs intrīsecis illo modo mensuratur
ab illis. vnde homo mensuratur a suis principijs
intrinsecis. s. ab anima ⁊ corpore q: essentialr̄ ab il
la dependet. ¶ Quinta propositio. Mēsurare ali
quid non est nisi vnam quantitatem p̄ aliam siue
vnam entitatem p̄ aliam entitatem notificare ⁊ p/
fecte cognoscere. ¶ Sexta propositio. Res creabi
les mensurant intellectionē nr̄am q: ab illis eēn/
tialr̄ dependet ecōtra autem intellectio diuina mē
surat res intelligibiles ⁊ creabiles. ¶ Septima p
positio. Licet intellectio nostra mēsuretur ab obie/
cto creato non tamen ab intellectu dei: sed ipsa dei
intellectio est mensura rerum. ¶ Octaua proposi
tio. Res create vel creabiles ideo dicuntur intelli/
gibiles: quia intelliguntur ab intellectu diuino.
Et ideo non intelliguntur ab intellectu diuino q:
sunt in se intelligibiles. ¶ Nona propositio. Res
create vel creabilis illo modo sunt intelligibiles:
quo intelligunt̄ ab intellectu diuino: ⁊ ecōtra eo
modo est de intellectu nostro. quia illo modo res
intelligunt̄ ab intellectu nostro quo sunt intelligi
biles. ¶ Decima propositio. Intellectio diuina ē
mensura rerū. ¶ Undecima propositio. Uolūtas
diuina non ideo amat res creabiles quia in se sūt
bone ⁊ amabiles: sed q: vult eas ⁊ amat eas: ideo
etiam sunt amabiles. ¶ Correlarium. Deus non
amat beatam virginem: ideo quia in se bona vel
virtuosa optima vel perfectissima: sed quia amat
eam ideo amanda ⁊ quia deus eam dignificat: iō
dignificanda est. Et sicut voluit eam esse sanctissi/
mā: ideo sanctissima est. Et sicut deus diligit eam
post christum super omnes creaturas: ideo super
omnes creaturas diligenda est. ¶ Arguitur con
tra hoc correlarium ex dictis beate virginis. Nā
in cātico eius Luce primo dicit: quia respexit hu
militatem ancille sue ecce enim ex hoc ⁊c̄. Videt̄
igit̄ q̄ ideo dilexerit eam deus quia virtuosa et
humilis erat. ¶ Respondeo hoc argumentū vir
go gloriosa met soluit in cantico eodem dicens.
Quia fecit mihi magna qui potens est ⁊ sanctum
nomen eius. Ideo enim fuit humilis quia deus
ei dedit humilitatē: ⁊ per consequens ideo erat di
ligenda: q: deus voluit eam esse amabilē. ¶ Duo
decima propositio. Omnis res dependēs ab alia
mensurat̄: vel potest dici mensurari ab ea. ¶ De/
cimatertia propositio. Licet distinctio specifica sit
in primo modo relatiuorum non tamen distinctio
formalis. Ex his clare patet quid sit dicendum ad
tertium principale argumentum. ¶ Pro textus
declaratione vbi dicit̄. Tertio patet q̄ distinctio
formalis ⁊c̄. ponende sunt alique propositiones/
quarū prima est. Distinctio formalis est distinctio
ex natura rei precedens omnē actum intellectus.
¶ Secunda propositio. Tantū triplex est distin/
ctio i genere. s. minima: maxima ⁊ media. ¶ Ter
tia propositio. Distinctio minima est distinctio ra
tionis maxima realis: sed media formalis. Nam
distinctio formalis est maior reali rationi ⁊ distin
ctio rationis est maior reali. ¶ Quarta proposi
tio. Distinctio media est ex natura rei ⁊ precedens
actum intrinsecus. Illud vero dicitur ex natura rei
q̄ est in re absq3 aliqua operatione intellectus.
¶ Quinta propositio. Distinctio realis ē duplex.
Quedam est que est inter duas res positiuas qua/
rum vna vere negatur ab alia. ¶ Sexta pro/
positio. Alia est distinctio realis: ideo quia non est
precise fabricata siue causata per actum intellect⁹
⁊ illa vocatur ex natura rei seu formalis. ¶ Sexta
propositio est. Distinctio realis ex natura rei ē di
stinctio que est circūscripta operatione intellect⁹.
¶ Arguitur contra secundam propositionem ⁊
alias sequentes sic. Omne ens aut est reale aut ra
tiōis: ḡ ois distictio aut ē realis aut rōnis. Uñ sciē
dū q̄ ens reale ē illud qđ pōt eē vel h3 fieri circū/
scripta omni opatione intellectus. Ens rōnis vo
ē illud

est illud q̄ habet esse vel fieri per actum compara
tiuū vel collatiuum intellectus vel voluntatis cō/
sequentia probatur: quia omne ens est distinctum
a quolibet ⁊ idem sibiipsi. Cū autem distinctio sit
propria passio entis sequitur q̄ si vnū multiplicaṫ
etiam reliquum: quia multiplicato subiecto multi
plicatur etiā propria passio. Sed vt prius dictum
est oē ens aut est reale aut rationis ⁊ per ɔ̄ñs nul/
la debet poni media. ergo propōnes false. ¶ Ad
argumētū Rn̄deo sic omne ens est reale aut ratio
nis ita etiam omnis distinctio aut est realis aut ra
tionis. i. omnis distinctio est causata per opus in/
tellectus. Prima est rōnis. Secunda realis cōmu
niter accipiendo distinctionem realē ⁊ talis diui/
diṫ in distinctionem realem proprie dictā: ⁊ large
sumptam probatur prima ppō per sequentē pro
positionē. ¶ Septima propositio. Illa distictio
est ex natura rei ⁊ precedens omnē operationem
intellectus que est inter duas quidditates actuali
ter existentes ⁊ non fit per opus intellectus sed di
stinctio formalis est huiusmodi. igiṫ ⁊c̄. Maior
est manifesta. Minor probatur. Nā illud dr̄ esse
ex natura rei qđ est in re absq̄ operatione intelle
ctus sed distictio formalis est huiusmodi. igiṫ ⁊c̄.
¶ Confirmatur. Ille entitates formalr̄ differētes
⁊ actualr̄ existentes in rerum natura nō sunt entia
rōnis neq̄ sunt secunde intentiones. ergo distin/
ctio illoꝝ non erit rōnis s₃ ex natura rei. ¶ Octa
ua ppō. Nulla secunda intentio nullū ens rōnis
potest esse in rerum natura q̄ propō probatur p se
quentem. ¶ Nona propositio. Omne illud dr̄ es
se in rerum natura siue extra causā suā siue extra
intellectum qđ habet verā existentiā realem ⁊ nō
per intellectum sed intentiōes secunde non habēt
veram existentiā realē sed habent suam existētiā
per intellectū. igitur nulla intentio secunda pōt es
se in rerum natura: ⁊ per ɔ̄ñs quidditates actualr̄
in rerum nā existentes ⁊ formalr̄ nō sunt secunde
intentiōes. ¶ Decima ppō. Qn̄cūq̄ aliquod op/
positum dr̄ de aliquo in primo modo dicendi per
se. oppositum illius nō pōt dici de illo neq̄ per se
neq̄ per accidens. Ens autē rōnis includit in pri
mo modo dicendi per se q̄ sit diminutū igitur nō
potest esse simplr̄ neq̄ esse in rerū natura siue exi
stere preter operationem intellectus. ¶ Pro effi/
caciori declaratione prime propositiōis. s. q̄ disti
ctio formalis sit distinctio ex nā rei p̄cedens om/
nē actum intellectus ponunṫ ppositiōes. ¶ Pro
positio prima. Essentia diuina ⁊ paternitas in di/
uinis habent aliquā distinctionē precedentē om/
nem actū intellectus. ¶ Scđa ppō. Essentia diui/
na: voluntas: intellect⁹: bonitas ⁊ sapiētia diuina
⁊ cetere pfectiones attributales habent aliquā di/
stinctionē ex nā rei precedentē omnē actum intel/
lectus. ¶ Probatio prime ppōnis. Essentia diui/
na est realiter ex nā rei pluribus cōmunicabilis.
imo actu tribus personis cōmunicata paternitas
autē ⁊ filiatio est realiter ⁊ ex natura rei incōmuni
cabilis sed eadē realitas non pōt esse realiter ⁊ ex
natura rei cōmunicabilis ⁊ incōmunicabilis: igi/
tur essentia diuina est alia realitas a paternitate ⁊
filiatione ex natura rei ⁊ disticta formalr̄. Maior
p₃ pro prima parte quia essentia diuina est actu cō
municata patri filio ⁊ spiritui sancto. ¶ Secunda
pars probaṫ. Nam paternitas est icōmunicabilis
patet quia implicat ɔ̄dictionem in diuinis eē plu/
res patres. ergo implicat cōtradictionem in diui/
nis plures esse paternitates. igiṫ paternitas est in
cōmunicabilis. Nam si filio in cōmunicaretur pa
ternitas. filius esset realiter ⁊ formaliter pater qđ
p₃: q̄ꝛ sic fili⁹ est de⁹ iō q̄ꝛ sibi cōmunicaṫ deitas ita
etiam esset pater formaliter quia sibi cōmunicare
tur paternitas. Minor probaṫ quia impossibile ē
vnam ⁊ eandem entitatem penitus indistinctā eē
cōmunicabilē ⁊ incōmunicabilē probo: q̄ꝛ de vna
⁊ eadem realitate penit⁹ nō p̄nt verificari duo pre
dicamenta ɔ̄dictoria: s₃ cōmunicabile ⁊ nō cōmu
nicabile sunt predicamenta ɔ̄dictoria. igitur ⁊c̄.
¶ Notandū q̄ ppter istud argumentū Ockam
cogebaṫ cōcedere ⁊ ponere in diuinis distinctio/
nem ex nā rei. ¶ Si dicas p̄nitas ⁊ essentia sunt
penit⁹ vna realitas oīno eiusdē rōnis. ¶ Contra
sequitur q̄ sicut pr̄ cōmunicat filio essentiā diuinā
ita etiā cōmūicat sibi p̄nitatē ergo sic est deus ita
etiā erit pr̄ ɔ̄ñs est falsū. ergo ⁊ antecedēs. ¶ Ul/
tima ppō probatur sic. sicut in diuinis est essentia
diuina ex nā rei. Ita ibi est sapientia diuina ex nā
rei ⁊c̄. ⁊ vna nō includit aliā in primo modo dicē
di p se. igitur vna nō est idē alteri formalr̄. Quod
autē sapientia sit ibi ex natura rei p₃ q̄ꝛ deus est sa
piens cessante omni opere intellectus probaṫ: nō
solū de sapientia sed de intellectu volūtate ⁊ aliis
pfectionibus attributalib⁹ q̄ꝛ sapientia voluntas
intellectus ⁊ quodlibet attributū est pfecto simpli
citer sed oīs perfectio simpliciter est ex natura rei
in essentia diuina preter oē opus intellectus. pro/
batur. nam si quelibet pfectio simpliciter nō esset
in deo ex nā rei. deus nō esset simplr̄ pfectus. pro
batur: q̄ꝛ nō esset quo melius excogitari non pos/
set. aliqs. n. poss₃ excogitari mai⁹ q̄ꝛ poss₃ aliqđ ex
cogitaṫ qđ haberet oē₃ pfectionē simplr̄ ex nā rei
illud āt eēt melius q̄₃ nō hn̄s oē₃ pfectionē simplr̄
ex natura rei. Scđo probatur ⁊ redit quasi in idē.
Essentia diuina nō includit sapiētiā in primo mō
dicēdi p se. igitur differūt formaliter. Antecedēs
probatur q̄ꝛ sicut essentia diffiniret p sapiētiā pba
tur q̄ꝛ essentia infinita includeret sapientiā infini
tam in primo modo dicendi per se. tunc etiā essen
tia in cōmuni includeret sapientiā in cōmuni in
primo modo dicendi per se quod est falsū alias p
sapientiam in cōmuni diffiniret essentia in cōmu
ni quod est falsum. ¶ Arguitur scđo q̄ eēntia di
uina ⁊ intellectus diuinus habeant aliquā distin
ctionē ex natura rei p̄cedentē omnē opationē intel

lectus probatur sic distinctio qua essentia diuina distinguitur ab intellectu suo est precedens omnem actum intellectus. ergo est realis. i. ex natura rei consequentia est bona. Aũs p3 pro prima parte sc3 q inter essentiam diuinam et intellectum diuinũ sit distinctio aliqua etiam sm oẽs thomistas tñ dicunt illã esse rationis. Scd'a pars assumpti pbatur q sc3 sit distinctio ex natura rei pcedens oẽs actum intellectus qr si talis distinctio nõ esset realis. i. ex natura rei sed rõnis sequeretur q sint ibi plures rõnes probatur. Quecunq3 distinguunt rõne includunt plures rõnes sed per se essentia diuina et intellectus diuinus differũt rõne igitur includũt plures rõnes. Maior probatur. Ubicunq3 est distinctio rõnis ibi est alia et alia ratio. ¶ Confirmatur distinctio vel diũa est species multitudinis quia oẽ ens aut est idem vel diuersum. vnum vel multa. ergo vbicunq3 est distinctio ibi est multitudo qr distinctio et multitudo conuertunt. igit vbicunq3 est distinctio rationis ibi sunt plures rõnes. Ulterius tũc quero vel ergo iste plures rationes in diuinis sicut est ratio essentie et rõ intellect9 pcedũt oẽs actũ intellect9 vel sequunt actum intellectus. Si precedunt ergo sunt ibi ex natura rei et per 9ñs non distinguunt rõne sed ex nã rei et formaliter quod est propositum. Si sequuntur actu3 intellectus ergo ille rõnes sunt per actum intellectus: et per 9ñs intellectus facit seipsu3 qr ratio intellectus sit per intellectum. Sed ratio intellectus nihil aliud est nisi intellect9 sicut ratio hoĩs est homo et rõ aialis est aial et cẽ. ergo itell's sive rõ itell's sit p actũ itell's. Ulteri9 q̃ro p quẽ itell'm nõ p itellectum creatum qr intellect9 ab eterno fuit in deo. Si autem fiat per intellectũ increatum diuinũ: qr cũ rõ formalis intell's sit ipe itell's: et talis sit p itellectu3 sequit q intellect9 facit seipsum. ¶ Arguit tertio. Quecunq3 aliqua sunt penitus eadem ex nã rei et oĩno indistincta quicqd dr de vno etiam dr de reliquo. Si ergo essentia diuina et itellectus diuinus sint penitus idẽ ex nã rei et oĩno indistincta quicqd dr de vno dr de reliquo. ergo sicut intellectus diuinus facit distinctionẽ rõnis. Ita etia3 essentia diuina facit distinctionẽ rõnis. Si dicas intellectus facit distinctionẽ rationis et non essentia sequit 9 te q alia est rõ formalis ipius intellectus diuini q̃ ipius eẽntie. igitur distiguunt ex nã rei qd est ppositum. ¶ Confirmat. Intellectus inq̃ntum intellectus distinguit. Essentia autẽ inquãtu3 essentia nõ distinguit. igitur est aliq̃ distinctio inter essentiam diuinã et intellectũ precedens omnẽ actũ intellectus. ¶ Tertia ppõ est. Quecunq3 due spẽs cõplete distinguunt specifice distinguuntur formalr. Distinctio ex natura rei nõ distiguitur a distinctione formali qr distinctio formalis est minimavt p3 ex pcedẽtib9. Quecũq3 distiguũt ex nã rei distiguũt fo'alr et cẽ. ¶ Pro declaratiõe obiectiõis facte 9 illud q dr in textu. vt p3 q distinctio

ex natura rei nõ est minor q̃ distictio formalis et cẽ. ¶ Notandũ ex quo dictũ est prius q omne inferius includat suũ superius in primo mõ dicendi per se et sit illi idẽ formalr licet non ecõtra. Ex hoc pbatur q sit aliq̃ distinctio minor distinctione formali precedens omnẽ actum intellectus. ergo falsum est q distinctio formalis sit minor distinctiõe ex natura rei. Ubi sic Arguit. Inferi9 distinguitur a suo superiori aliquo mõ etiam distructo quocunq3 actu intellect9 sed talis distinctio non est formalis cum omne inferius sit idem formaliter suo supiori neq3 distinctione reali vt manifestum est neq3 distinctione rationis cum talis distinctio sit penitus actus intellectus: sequitur ergo q sit distinctio ex natura rei mior distictiõe formali. ¶ Pro huius argumenti solutione nota seq̃ntes propositiones. ¶ Prima propositio. Distinctio formalis capitur duobus modis. Uno mõ proprie. Alio modo large. ¶ Secunda propositio. Distinctio formalis pprie dicta est illa que est inter duas realitates. entitates siue quidditates: vel formalitates quarum vna non includit aliam in primo modo dicendi per se nec econtra. ¶ Tertia ppositio. Omne subiectum distinguitur formaliter a sua propria passione formali proprie dicta quia semp inter subiectum et propriam passione3 est talis distinctio sic q vnum non includit alterum in pmo modo dicendi per se nec econtra. igitur et cẽ. Unde si homo diffiniat non diffinitur per suam propriã passionem vipute per risibilitatem. ¶ Quarta ppositio. Omne genus distinguitur formalr a sua per se differentia diuisiua proprie capiendo distinctionem formalẽ. Nam aial non includit irrationale: sicut nõ includit rationale in primo modo dicendi per se. Alias omne aial esset ratiõale et sic ası nus esset rõnalis. probatur hec ppõ per sequentẽ. ¶ Quinta propositio. Oĩs differẽtia diuisiua est extra rationem formalẽ sui generis quia si differẽtia diuisiua esset de formali ratiõe sui generis: sequeretur q in qualibet diffinitione quidditatiua esset nugatio. Nam diffiniendo hominem sic homo est animal rationale ibi si rationale includat animal. aial semel ponitur implicite puta in rõne li et etiam semel explicite et sic ponitur bis in diffinitione et per consequẽs erit ibi nugatio. ¶ Sexta propositio. Oĩs spẽs specialissima distinguitur formalr distinctiõe formali pprie dicta a q̃lib3 individuali differentia quia spẽs specialissima in primo modo dicendi per se differentiam indiuidualem non includit nec econtra. ¶ Septima propositio. Essentia diuina attributa essentie et perfectiones attributales distinguuntur formaliter distinctione formali pprie dicta qr eẽntia diuina est vna quidditas: et q̃libet pfectio attributalis est vna quidditas q̃rũ vna nõ includit aliã in pmo mõ dicẽdi p se. ¶ Octaua ppositio. Essentia diuina et pprietates psonales et nociõales distinguunt formalr distinctione

ctione formali ꝓprie dicta ꝓpter eandez rationē.
¶ Nona ppō. Modus intrinsecus nō distinguit
distinctiōe ꝓprie dicta a re cuius est modus. Naz
distinctio formalis est semꝑ inter duas qdditates
realitates siue formalitates sꝫ modus intrinsecus
ꝛ res cuius est modus non sunt plures formalita
tes vel realitates sed tm̄ vna realitas: qꝛ modus i
trinsecus nunq̄ꝫ addit realitatē vel qdditatez sup
illud cuius est modus sed dicit precise modū rei
cuius ē modus. ¶ Decima propositio. Modus
intrinsecus cōuenit cuilibet rei cuius est modus
in primo mō dicendi ꝑ se: probo qꝛ illud cōuenit
alicui in primo dicendi ꝑ se sine q̄ ipsum nō pōt
qdditatiue intelligi. Sed nulla res pōt qdditati-
ue cognosci absq̄ꝫ eo ꝙ cōuenit sibi in ꝑmo mō di
cendi ꝑ se. ¶ Nota non dixi nulla res pōt ꝑfecte
cognosci sed qdditatiue pꝫ qꝛ nulla res est in vni-
uerso quātūcunq̄ꝫ modica ꝛ imperfecta que pos-
sit perfecte cognosci quātū ad vnam habitudinē
quam habet ad deuz absq̄ꝫ deo perfecte cognito:
quia relatio non potest cognisci nisi cognitis fun
damento ꝛ termino. Sed nullus intellectus saltē
creatus potest perfecte cognoscere deum igit̄ nec
habitudinez alicuius rei ad deū: ꝛ tm̄ deus nō est
de qdditate rei pōt tm̄ res cognosci quidditatiue
deo nō cognito. Inde est increpāda imaginatio
quorundā sacerdotū simpliciū q volūt cognosce
re quō deus sit in sacramēto eukaristie cū tamen
nō possint minimā rē imo nec seipsos perfecte co
gnoscere quantū ad suā propriā naturā. Unde ea
dem ꝓpositio que est ex fidei articulo pōt probari
naturalr̄ naturali ratione sicut patet de illa. Deus
est vnus: Unde scriptuz est Deuteronomȷ̈. Audi
israel deus deus tuus vnus est. Articulus tamē fi
dei qui est mere fidei nō pōt ꝓbari ratione natu-
rali. Et sic nō pōt rōne naturali ꝓbari ꝙ aia mea
sit imortalis ꝛ incorruptibilis qꝛ est articulus me
re fidei nec philosophus hoc probauit sed ipsum
sub dubio reliquit. Minor ꝓbat̄. illa scꝫ ꝙ nulla
res pōt qdditatiue cognosci sine suo modo itrin
seco: qꝛ quātūcūq̄ꝫ res abstrahat̄ etiaz precissime
siue abstractissime sumpta adhuc includit modū
intrinsecū. Uñ essentia diuina abstractissime. i. ꝑ-
cisissime sumpta adhuc includit īfinitatē. ¶ Un-
decima ꝓpositio. Modus intrinsecus dicit̄ ꝑ se
determinatiuus superioris ꝛ cuꝫ hoc est inclusus
in rōne inferioris. vñ infinituꝫ hꝫ ens in cōmuni
ꝓ superiori: qꝛ ens diuidit̄ ꝑ finitū ꝛ infinitū ꝛ est
cū hoc determinatiuū supioris scꝫ entis. Nā dicē
do ens: ens est cōmune deo ꝛ creature. Sed dicē-
do ens infinitū tunc ens mō cōtrahit̄ ꝑ infinitatē
ad deū ꝛ ens infinitū includit̄ in deo qdditatiue.
¶ Duodecima propositio. Licet modus intrinse
cus nō variat rōnē formalē supioris: tm̄ variat. i.
distinguit rationē formalē illius cuius est modus
qꝛ ens stat in deo ſm suam rationē formalez simi
liter ꝛ in creaturis. ꝛ ideo modus intrinsecus nō

variat rōnē formalē superioris sed variat rōnem
formalē illius cuius est modus siue illius in quo i
cluditur. Nam deus differt a creatura sed non ꝑ
aliquam differentiam quia talis semper est cōtra
ctiua alicuius speciei vel generis: sed nullum ge-
nus vel ponitur in diuinis. nihilominus adhuc
differt a creaturis ꝛ hoc per infinitatē que est mo
dus intrinsecus ꝛ sic modus itrinsecus variat. i.
distinguit rationem formalem in quo includitur
quidditatiue. ¶ Decimatertia propositio est. Ens
descendit ad decem predicamenta ad deuz ꝛ crea
turam solum per modos intrinsecos. Nā ens nō
pōt descendere i deuz ꝛ creaturā ꝛ ad ꝑdicamēta
per differentias materiales neq̄ꝫ formales: non ꝑ
materiales quia sola specisspecialissima per diffe
rentias materiales descendit ad indiuiduas: neq̄ꝫ
per formales quia tunc esset genus quod est fal-
sum. Si dicas ens predicatur de pluribus differē
tibus spē in eo ꝙ quid est igitur est genus proba
tio ꝯñie quia ſꝫ phm̄ dicentem quando aliquid
predicatur de pluribus differentibus spē in quid
difficile est euadere quin sit genus. ¶ Respōdeo
lꝫ phs dicat ꝙ sit difficile euadere ꝛc̄. non tamen
dicit ꝙ sit impossibile. Naz si est difficile sequitur
ꝙ sit possibile. Est ergo possibile ꝙ aliquid predi-
cetur de pluribus specie differentibus in quid ꝛ
ꝙ non sit genus. nam ens nō est genus qꝛ genus
contrahitur per differentias formales ad suas spe
cies. Sed ens licet in quid ꝑdicatur de pluribus
specie differentibus non tamen descendit ad sua
inferiora per aliquas differentias sed tantum per
modos intrinsecos igitur non est genus. ¶ Deci
maquarta propositio. Superius bene potest dici
distingui a suo inferiori formaliter distinctiōe for
mali proprie dicta licet non econtra. Similr̄ dicē
duꝫ est de diffōne ꝛ diffinito de ꝑtibus eēntialib⁹
ꝛ toto essentiali. Nam ratio hominis ꝛ ratio ani-
malis est alia ꝛ alia ratio formalis: ꝛ ratio aialis
non includit rationem hominis in primo modo
dicendi per se. ¶ Decimaquinta propositio. Di-
stinctio formalis large sumpta est illa que est īter
aliqua extrema quorū ratio vnius non est precise
ꝛ adequate ratio alterius. ¶ Decimasexta propo
sitio. Omne iferius distiguitur formaliter a suo
superiori distinctione formali large sumpta: quia
distinctio formalis illo modo est inter illa quorū
ratio vnius nō est precise rō alterius ꝛ adequate.
¶ Decimaseptima propositio. Omne illud dicit̄
esse idē adequate cū alio quod conuertit̄ cum eo.
Et illo mō rō iferioris nō est adeq̄te eadē cū rōne
supioris qꝛ hō nō ꝯuertit̄ cū aiali qḋ ē eius supi⁹.
¶ Decisoctaua ꝑpō ꝛ vltima. Oē diffinitū disti-
guit̄ formalr̄ a sua diffinitiōe qꝛ rō diffiniti nō est
ꝑcise ꝛ adeq̄te rō diffinitiōis qꝛ alia ē rō diffinitio
nis ꝛ alia diffiniti lꝫ cōuertant̄. ¶ Sciēdū. Sicut
in cōposito ꝑ se nāli qḋ cōponit̄ ex ꝑ se actu ꝛ ꝑ se
po⁹ resultat vna 3ª entitas. Ita ēt in composito ra

tionis.i.diffinitiōis:vt ex corpore ꝛ anima rōnali
resultat vna tertia entitas scꝫ humanitas ꝛ talis i
morte destruitur. Illa etiā tertia entitas in xp̄o in
morte eius destruebatur:ꝛ ṫn xp̄o deus dimisit eaꝫ
nō tñ dimisit ipsam animaꝫ neqꝫ corpus suū. Un
illa auctoritas. Quicqd christus assumpsit nunq̄
dimisit. non debet intelligi ꝛ ꝙ illa tertia entitas
non fuerit dimissa: imo fuit vere corrupta. sed de
bet sic intelligi. Quicqd xp̄s semel assumpsit scꝫ
de partib⁹ pn̄cipalibus nūq̄ dimisit ꝛc. Sic etiā
in cōposito rōnis ꝛ diffinitionis vnde tota diffini
tio ꝯstituit ipsuꝫ diffinitū. vnde aial rōnale cōsti/
tuit hominē ergo diffinitio ꝯstituit ꝛ nō diffinitū
ergo alia est rō diffinitiōis ꝛ alia est rō diffiniti.
igit nō sunt idē adequate ꝛ ꝑ consequēs diffinitū
large loquendo distinguitur formaliter a sua dif
